OBSERVATIONES PRACTICÆ
AD
JUS & CONSUETUDINES
BAVARIÆ,
DE
PRIVILEGIIS STATUUM
PROVINCIALIUM,
Der
Drey gefreyten Land-Ständen:
AD USUM AUDITORII ACADEMICI, & PRAXIN PATRIÆ ACCOMMODATÆ.
CUM CONSENSU, & AUTORITATE INCLYTI COLLEGII JURIDICI,
IN ELECTORALI, & CATHOLICA UNIVERSITATE ANGLIPOLITANA,
CUM COROLLARIIS EX JURE UNIVERSO EXAMINI PUBLICO SUBJICIUNTUR.

PRÆSIDE

JOAN. JOS. BARTL. BRUGGER, J.U.D.
SERENISSIMI ELECTORIS BAVARIÆ CONSILIARIO ACTUALI, CONSILII ELECTORALIS INGOLSTADIENSIS DIRECTORE, IN ELECTORALI UNIVERSITATE PRAXEOS AC JURIS PATRII PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,

SUSTINENTE

JOAN. MICH. SEBASTIANO EBERL,
WOLFRINGANO PALATINO.

In Aula Academica hora, & tempore consueto, Menſe Julii 1762.

Typis, Mariæ Annæ Schleigin, Typogr. Acad. Vid.

OBSERVATIONES PRACTICÆ

AD

IUS & CONSUETUDINES

BAMBERGE,

DE

PRIVILEGIIS STATUUM

PROVINCIALIUM,

DE

SUBSIDIIS:

QUAS

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

JOANNIS MARCHI SEBASTIANI EBERH.

S. R. I. PRINCIPIS ELECTORALIS

EPISCOPI BAMBERGENSIS, SACRI ROMANI IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARII, PRINCIPIS ELECTORALIS, DUCIS FRANCIÆ ORIENTALIS, ET SUPERIORIS BAVARIÆ, COMITIS PALATINI RHENI, UTRIUSQUE BAVARIÆ, ET COMITIS PALATINI IN MOSBACH, &c. &c.

IN ALMA

ACADEMIA BAMBERGENSI

PUBLICO SUBMISSE EXHIBENTUR

A

JOANNE MICHAELE FRANCISCO DE HAAS,

I. U. D.

ET IN EADEM ACADEMIA PUBLICÆ ET ORDINARIÆ IURIS CONSULTI PROFESSORE.

Typis Academicis Joan. Mich. Seberg. Typogr. Acad. Typ.

ILLUSTRISSIMO, ac GENEROSISSIMO

DOMINO, DOMINO,

JOANNI, MAXIMILIANO,

FRANCISCO XAVERIO, PATERNO,

S. R. I. COMITI

DE

PREYSING,

IN

ALTENPREYSING,

DICTO CRONWINKL.

DOMINO LIBERÆ S. R. I. DYNASTIÆ

IN

RECHBERGHAUSEN, & RAMSPERG,

NEC NON

VILSHEIM, & AEST & reliq.

Sereniſſimi Electoris Bavariæ

CAMERARIO,

ORDINIS EQUESTRIS B. V. M. IMMACUL.

ET S. GEORG. MART. EQUITI,

ET

CONSILIARIO AULICO

DOMINO, AC PATRONO SUO PERQUAM GRATIOSO.

DOMINO AC PATRONO SUO PERPETUAM

EXANTLOSO.

CONSILIARIO AULICO

ET

PRIMO GEOMETRAE IMPERIALI

ORDINIS TEUTONICORUM BALLIVO

CAMERARIO

SACRIQUE IMPERII PRINCIPI BERGENSIS

MARCHIONI

MISNAE ET VESTI &c. &c.

NEC NON

RECHBERGHAUSEN ET KAMMERBERG

COMITI

DOMINO LIBERO IN WELDENZ

DICTO GROMAIRE

ARGENTORATENSIUM

IN

PRUSSIA

DE

SACRI COMITI

FRANCISCO XAVERIO BARTENO

DOMINO IN MALMEDY

DOMINO DOMINO

MAXIMILIANO COMITI DE BERGHOFFEN

ILLUSTRISSIME, AC GENEROSISSIME DOMINE COMES, DOMINE, AC PATRONE PERQUAM GRATIOSE.

CAnnus nondum effluxit integer, ex quo ſedes Muſarum Anglipolitana Commiſſarium Electoralem in Illuſtriſſima ac gratioſa tua Dominatione venerata eſt eo digniorem, quo majora illuſtriſſimæ & antiquiſſimæ Preyſingiorum Proſapiæ in Patriam æque ac rem litterariam univerſam ſunt Merita: Benignitas moderata Eccleſiæ Romanæ in criminoſos ad ſe confugientes, a Perilluſtri Barone Lerchenfeldio maſculæ defenſa, Prælio litterario, quod ipſo

Sereniſſimo, ac Potentiſſimo Patriæ, ac Muſarum Patre, Domino ac Electore noſtro Clementiſſimo Duce ſuſceperas, teſſera & ſymbolum fuit; non ut Eccleſiæ Jura & Libertatem ſtringeres, ſed ut aviti ſanguinis & Majorum tuorum in te transplantatæ Pietatis publicum Argumentum ederes. Non capiunt anguſtiæ harum paginarum Illuſtriſſimæ Preyſingianæ Familiæ Famam & Gloriam; utpote cujus Scuta gentilitia & Monogrammata in antiquiſſimis Patriæ Tabulis ubique conſpicua nobiliſſimam Avo-

rum

rum ſeriem demonſtrant : cujus etiam hodie tanta eſt Prærogativa , ut Patriam noſtram Preyſinganis potiſſimum Humeris ſuffultam cernimus : quorum in avitam Religionem & Patriam univerſam Merita enumerari poſſe eo magis diffido, cum noſtræ ætati præſentia ſint, & in dies fiant Acceſſiones.

Illuſtriſſime, ac Generoſiſſime Domine Comes, Domine, ac Patrone perquam gratioſe.

Si tanta Nominis tui in Patria noſtra gloria?

Si

Si tanta tibi in ſtudioſam Cohortem Benignitas, quantus Numerus Clientelam tuam ambiet? hos inter & ego verecundo licet ore compareo. & Pagellas has Academici Laboris Teſſeram humillime offero, nullis meis Meritis, ſed tua tantum in omnes maxima Humanitate fretus, ut Manibus benignis ſuſcipias, Animo clementi foveas, me ſtudiaque mea conſueta Gratia & Clementia tua amplectaris, humillime ſupplico, & oro.

ILLUSTRISSIME, AC GENEROSISSIME
DOMINATIONIS TUÆ PERQUAM GRATIOSÆ,

Clientum Infimus
Joann. Mich. Sebaſt. Eberl
J. U. C.

OBSERVATIO I.

SPlendidiſſimam Imperii Romano-Germanici faciem attenta ingenii acie ſi contemplamur, tanta ſe offert oculis noſtris Majeſtas, ut ultro omnium Univerſi, qua late patet, orbis Regnorum Principem jure optimo prædicemus. Caput Regibus & Principibus imperat, Principes, Regia Majeſtate fulgentes, obediunt Capiti, & ſic communi niſu conſtituunt Imperium, ut totum Corpus politicum æquali Lance & a Capite & a Membris dependeat.

Singularem vero **Statuum Imperii** præeminentiam vel ex eo cognoſcimus, quod in Territoriis & Provinciis ſuis ſat amplis, Majeſtate Imperatoriæ certo modo æmula Jus ac Dominium territoriale exerceant. Venerandam hanc **Imperii** Faciem curioſo oculo perluſtrare, etiamſi maxime volupe nobis eſſet, Inſtituti tamen ratio, & Limites academici laboris haud permittunt, contenti de Patria noſtra, nobiliſſima **Imperii Romano-Germanici** parte, ejusque conſuetudine, & moribus ad Profectus academici Teſſeram aliqua diſſerere.

Quod Regna, Ducatus & Principatus, quæ **Imperium** hodie conſtituunt, ex privatis Dominorum & Principum bonis, in præſentem Molam concreverint, adeo indubium eſt, ut in pluribus Regnis ipſa concreſcendi ratio & Partes integrum Corpus conſtituentes, ex Hiſtoria, & genuinis fontibus demonſtrari poſſint. De Regno Brandenburgico hoc teſtatur **Lymnæus** (a), de Saxonia **Albinus** (b), de Wirtenbergia **Cruſius** (c), qui Ducatus, Comitatus, Ditiones, Dominia, tam accurate enumerant, modos acquirendi oſtendunt, ut anſam dubitandi non reliquerint. Etiamſi de communi

hac regulâ Patriam noſtram minime eximendam fore judicemus, ingenue tamen fatemur, veſtigia hac in re adeo ſenio eſſe confecta, ut præter inſignem antiquitatis prærogativam, certi aliquid eruendi nulla nos ratio ſuffulciat.

Bojoaria vel Bajubaria, hodie Bavaria, ad illas pertinet Germaniæ Provincias, quæ antiquiſſimis jam temporibus propriis Legibus, & Ducibus regebantur: qualemcunque demum opinionem in tanto Authorum diſſenſu de Origine Gentis Boicæ adoptare velimus, ex antiquiſſimis certe Bajuvariæ Legibus (d) indubium eſt, quod Duces Agilolfingici, Bavariam jam Sæculo ſeptimo Jure hæreditario poſſederint, quorum ſupremum in Bavaros Imperium vel ex eo colligere licet, quod Scriptores omnes illorum temporum, etiamſi accurati obſervatores, de ſubjectione vel nexu aliquo feudali nec verbulum meminerint. Principes Bavariæ potentiſſimi, Francorum Regum rapidiſſime fortunæ cedere coacti, an Theodoberti, an vero Theodorici (e) Imperium aſpernati fuerint, ſatis conſtanter ex Hiſtoria erui vix poteſt; de hoc interim indubie conſtat, quod liberum in Provincias ſuas Imperium in plura adhuc Sæcula conſervaverint.

Certe magnam horum Principum Ecclipſin Sæculo nempe decimo ſi perpendimus ; **Arrulphus** ab **Henrico Aucupe** Regio Diademate privatus, obedientiam Imperatori quidem promiſerat, quin tamen de Subjectione territoriali vel Homagio aliquo feudali in illius ætatis Scriptoribus vel verbum deprehendamus (f), ad evidens teſtimonium Arnulphum ab Imperatore, regio quidem honore fuiſſe privatum, a priſtina tamen imperandi libertate nec minimum amiſiſſe.

Aliam quidem hodie Patriæ noſtræ cernimus faciem, cum **Auguſtiſſima Domus Agilolfingo-Carolina** in **Othone Magno Wittelſpachico** ad Imperium Patriæ feliciter reſtituta, & in **Ludovico IV.** & **Carolo VII.** Glorioſiſſimæ Memoriæ Imperatoribus, duplici Diademate coruſcans honori & præeminentiæ, ſibi ducat Electoralem Dignitatem, & Terras Bavaricas ab **Imperatore** & **Imperio**, in Capitale Imperii Feudum recognoſcere; neque ullam priſtinæ gloriæ fecit jacturam, cum jam **Auguſtiſſima Domus** (quam Deus in Sæcula conſervare velit) inter primarios

Ger-

Germaniæ Principes emineat, & cum Imperatore & Conſtatibus habenas Imperii Romano-Germanici glorioſiſſime moderetur.

Si iſta omnia vel obiter conſideramus, quis neget, Patriæ noſtræ peculiares Leges, Conſtitutiones & Conſuetudines eſſe quam plurimas? Tenax vetuſtatis Bavaria, antiquo ſuo beata Jure vel hodie adhuc in multis conſuetudine regitur (g), nec defuerunt ex ordine Jurisperitorum, qui ſingulares has Conſuetudines & antiquas Gentis Boicæ Leges, obſervationibus ſuis practicis illuſtrare contenderunt. Wolfgangi Hungeri, Andreæ Pernederi, Hieronimi Arnoldi, & Arnoldi Rathiorum, Sebaſtiani Krayſeri, Georgii Widmani, Gaſparis Manzii, Franciſci Balthaſaris, Mich. Minchmaieri, Ferd. Waizeneggeri, Domin. de Baſſus, Anton. Ertl. Chriſtophori de Chlingenſperg, L. B. de Schmid, & noſtris temporibus Herman. Anton. de Chlingenſperg, & Georgii Lorîi in Leges & Jura Patriæ ſcripta & Merita, litterato orbi adeo ſunt nota, ut ſola recenſere Nomina in præſenti ſufficiat.

Sed omnium revera commune Votum ſuperat opus ex omni Parte abſolutiſſimum, quod ſub Auguſtis Auſpiciis Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini Domini **Maximiliani Joſephi** Bojis Glorioſiſſime Imperantis, jam Themidi coronam imponit, ut nihil ſuperſit, quam ut grata Patria **Sereniſſimo** noſtri ævi **L**egislatori, perennem Gloriam, & Annorum Myriadem: Perilluſtri, ac Excellentiſſimo Patriæ Cancellario, Leges Boicas jamjam ſeneſcentes, tam feliciter reſtituenti perpetuam felicitatem, & Fata Votis tardiora, devoto animo apprecetur.

Supereſt Inſtituti noſtri rationem breviſſimis exponere: ſine hæſitatione ſtatuimus, neminem in ſtudio Juris progreſſum, neque facilitatem in dijudicandis cauſis forenſibus ſibi polliceri poſſe, qui non in Jure, Legibus, Moribus, & Conſuetudine Germaniæ, præprimis vero, in qua degit Patriæ ſufficientem cognitionem ſibi comparaverit. Teſtimonio tot Virorum peritiſſimorum ſi fidem adhibere Nolumus, conſulamus quotidianam in Foro & Judiciis experientiam; diſceptatur frequentiſſime de Jurisdictione, Venatione, Aucupio, Piſcatu, de Decimis, de Jure Connubiorum, de Pactis Succeſſoriis,

riis, de Jure Emphyteuſeos, de Feudis, provocatur ad Actus poſſeſſorios; & quis quæſo vel conſulendo clienti, vel judicando legibus ſatisfaciet? ſi non prætenſum Jus vel Actus poſſeſſorios (in quibus litigantes potiſſimum intentionem agendi fundant) diſquirere, & ad Lancem Conſuetudinis Patriæ dimetiri queat. De re neminem latente, plura differere ſupervacaneum judicamus. Meliori fortaſſis Jure dubitari poſſet, an Partus hi, Academici Foro utilitatis aliquid afferant? ad hoc breviter reſpondemus; Obſervationes noſtras practicas ad hunc potiſſimum finem fuiſſe conſcriptas, ut inde appareat pro viribus nos contendere, ut Clementiſſimæ Ordinationi, tam in docendo quam diſcendo Jure Patrio, ſatisfiat. Movet nos certe Illuſtre aliorum exemplum, & quotidiana in foro experientia, cum enim immenſus Studii Juridici ſit Oceanus, & innumeræ in enodandis cauſis oriantur difficultates, Religioni nobis duceremus, Themidi communis Patriæ pro modulo noſtro non allaborare.

(a) Jus publicum Th. 2. Lib. 5. cap. 7.
(b) Meißl. Cronike. Cap. 15.
(c) Annal. Suev. P. 3. Lib. 1. C. 6. & 7.
(d) Apud Baluz. Th. 1. p. 106.
(e) De Binau. Teutſche Reichs- und Kayſer-Hiſtorie. P. 2.

L. 1. p. 37. Illuſt. de Senkenberg. de Legibus Gentis Bavar. §. 3.

(f) Albertus Stadenſis. Sigebert. Gemblacenſis. Albericus Monachus. ad Annum. 920.

(g) De Senkenberg de Leg. Gent. Bav. §. 6.

OBSERVATIO II.

De Nobilitate Bavarica.

QUod Imperium herile in ſubditos, & proprietas & poſſeſſio prædiorum majoribus noſtris Nobilitatis Nota fuerit characteriſtica, ex publicis litteris demonſtravit Profeſſor Gymnaſii Ratisbonenſis Joann. Heinrich **Drüml** (a) vir in re Germaniæ Diplomatica nemini ſecundus. Quantum veteres Germani Jus Imperii, & libertatem æſtimarint, eruditus hic Author oſtendit in exemplo Comitis de Orlamunde (b), qui Duci Thuringiæ cedere nullo modo volebat, quod unus ex Ducis majoribus Electoris Moguntini Miniſterialis, libertatis nobilitatem emolumentis ex pingui officio aulico percipiendis poſthabuiſſet. Exemplum adhuc longe illuſtrius præbet nobis **Henricus** Nobiliſſimus Bavarus, cujus pater **Ethico** ex Welphorum Familia ægerrime tulit,

quod

quod filius ſuus Carolo Magno, Homagium præſtiterit, etiamſi ab Imperatore, in Ducem Bavariæ conſtitutus, integram Dynaſtiam in monte Merſperg (fortaſſis Moſpurg) in donum acceperit (c).

Diverſam quidem a priori Nobilium rationem, Germania ſub Regibus & Imperatoribus Francicis nobis oſtendit, cum enim hi & præſertim Carolus Magnus, potentiam ſuam in Nobilium Homagio & Subjectione ſtabilirent, Nobilitas Germanica genio Sæculi cedere coacta, Purpuram & Diadema quidem debite honoravit, veterem tamen ſplendorem in noſtra uſque tempora conſervavit. Nemo certe in re Germanica erit tam peregrinus, ut non ex Hiſtoria abunde ſit convictus, quam eminentem Gradum inter Nobiles Germaniæ Nobilitas Bavarica ſibi vindicaverit. Tot Caſtella, Arces, Monaſteria, Altaria, Orphanotrophea, Noſocomia in Patria noſtra ubique conſpicua, Potentiæ & Divitiarum Nobilitatis Bavaricæ immortalia ſunt Monumenta. Quanta autem Nobilitatis Bavaricæ Avorum gloria! minime hac in re indigemus teſtimonio Rixneri, qui Opus ſuum de Thorneamentis haud ineleganter conſcriptum, fabuloſa narratione ma-

culavit, ut jam merito nugatoris notam ferat (d). Sed meliori jure provocamus ad Patriæ illuſtre Decus Wigulæum **Hundium** (e), cujus Merita in Nobilitatem & Hiſtoriam Patriæ, Encomiis noſtris longe ſunt majora. Accedit Opus elaboratiſſimum Joannis **Liebii** Conſiliarii & Archivarii quondam Electoralis, quod plus quam viginti Tomis conſtat, & in Archivio Monachii, quod exterius vocamus, adhuc ineditum aſſervatur. Comprehendit egregium hoc Opus. Authoris manu per totum calamo vitreo exaratum, Sexcentas & quod excedit Familias Nobiles Bavaras, allegantur ſimul Diplomata & Privilegia Principum, quæ majorem in Partem in eodem Archivio inveniuntur; quod Opus prorſus egregium, Conſiliarius & Archivarius Electoralis (cui cura Archivii exterioris in præſenti gratioſiſſime eſt demandata) non modo omnibus ad Inſpectionem humaniſſime concedit, ſed ipſum etiam **Liebii** Inſtitutum in tantum perſequitur, ut omnia Privilegia & Diplomata, quæ vel in Archivio aſſervantur, vel aliunde in forma legali illi communicantur, una cum Connubiis, Promotionibus Infeudationibus Familiarum Illuſtrium, in unum Indicem referat, & ſic immortale No-

Nobilitatis Bavaricæ Monumentum ad Posteros transmittat.

Ad tempora & Instituti Rationem ut propius accedamus, prænotandum erit; quod Patria nostra antiquitus in plures Comitatus seu potius Ditiones fuerit divisa, Sereniſſimi Ducis Bavariæ Ludovici Historiographus Joannes Aventinus, hac in re Bavariam nostram ex Diplomatibus, Litteris Fundationis, Epitaphiis & aliis Majorum nostrorum Scriptis, quæ vel in Principis Archivio asservantur, vel in Monasteriorum, & Nobilium Scriniis inveniuntur, feliciſſime illustravit (f). Harum Ditionum & Provinciarum Domini, subditis suis ipsi imperabant, adeo tamen, ut in Rebus publicis Statum integrum concernentibus, Ducibus obedire & sic illorum Effata & Leges agnoscere tenerentur. Vocabantur autem ad hoc ad Placita, ubi res majoris momenti per Duces, vel illorum Ministeriales propositæ, communi deliberatione perficerentur. Coercere inobedientes, domitare refractarios, repellere invasores, Pacem & Quietem publicam conservare ad Ducis spectabat Imperium; diversam certe sub Ducibus suis fortunam experta fuit Nobilitas Bavarica, adeo quidem, ut Sereniſſima Domus Wittelspacensis ex antiquiſſima Ducum

Agilofingicorum Profapia indubie defcendens, ex tot Potentiffimis Bavarorum Familiis fere fola fuperftes vel Jure Sanguinis, vel Imperii, fibi plenariam Poteftatem in tota Bavaria vindicaverit. Audiamus teftem Aventinum, cujus Elogium eo majorem merebitur fidem, quo propinquiorem illius ætatis notitiam habuit (g). Ante (de temporibus Ottonis Regis Hungariæ & Ducis inferioris Bavariæ loquitur) „ Equeftris Ordo, tribusque „ Sacerdotum contenti ftipendiis ufuariam dunta„ xat ex fuperioribus prædiis cepere operam: Pro„ prietas, Majeftas, Jus coercendi, caftigandi, ju„ dicandi, Principi addictum fuit, oneris quippiam „ extra ordinem imponendi copia non fuit (h): „ inter hæc in Bojaria inferiore Otto Rex Un„ garorum, præfente Ludovico fratre Rudolpho, „ quafi tutore Ottonis & Heinrici filiorum „ Stephani, qui adhuc impuberes erant, feptimo „ decimo Calendas Julii Landshutæ conventus a„ git, ut grandem pecuniam (quam ob crebra Bel„ la & inaufpicato iratisque Superis tentatam „ Ungariam debebat) diffolveret, quibusdam „ inferioris Bavariæ Equitibus & Civibus omnem „ Jurisdictionem, univerfas actiones, præterquam

„ Fur-

„ Furti, Homicidii atque Latrocinii, atque ut ap-
„ pellant rerum Capitalium, & Jus gladii vendit.
„ Ditiones Diœceſis, quas Hoffmarchias vocant, tra-
„ dit de cunctis controverſiis cognoſcere, judicare, de-
„ cernere, coercere, caſtigare; mulctam irrogare,
„ cenſere, Nobilitati atque Equeſtri Ordini per-
„ mittit. Ante hac nullum earum Rerum Jus cui-
„ piam erat, omnis Jurisdictio, Poteſtas maxima,
„ medioxima, Judicium, Imperium ſummum, in-
„ fimum ſicut Jus gladii adhuc eſt, penes Princi-
„ pem, fuit.„ Hucusque **Aventinus.** Colligimus ex hoc, quod Sæculo XIII. & XIV. omnes Familiæ potentes in Bavaria jam fuerint extinctæ, adeo, ut ſola Sereniſſima Domus **Wittelſpachico-Schyrenſis** Imperium & ſummum & medium, id eſt, Jurisdictionem baſſam & Jus territoriale in tota ferme Patria Jure Proprietatis poſſederit; Nobiles vero illo tempore ſolo Jure Dominii cuilibet Proprietario in re ſua communi, in Prædiis & Ditionibus ſuis utebantur; ex quo ſponte fluit, quod moderna Bavariæ Nobilitas ab hoc tempore, nempe Sæculo XIV. Natales & Incrementum ceperit, & conſequenter etiam ſub hoc Reſpectu ſpecialiter ſit conſideranda.

Nobilitas hæc Bavarica, etiam noſtris temporibus, ſplendore, & divitiis abundans, in duas Claſſes dividi poteſt. Primæ Claſſi illos adſcribimus, qui omnibus Privilegiis Nobilibus conceſſis plenarie fruuntur, & hi vocantur Privilegiorum capaces, **die Edlmanns-Freyheits-fähige**: Notandum hic, quod Nobiles Bavariæ præter Regis Hungariæ ſupra memoratum Diploma, quod **die groſſe Hand-Feſte** vocatur, adhuc varia Privilegia obtinuerint, inter quæ Privilegium **Alberti**, Superioris & Inferioris Bavariæ Ducis de Anno 1557, fere eſt utiliſſimum; cum enim Nobiles extra ſuas Hoffmarchias in Dynaſtiis Principum (**in denen Land- und Pfleg-Gerichten**) multa Prædia poſſiderent, conceſſit illis Sereniſſimus Dux **Albertus** etiam in his Prædiis ſeparatis omnem Jurisdictionem, adeo tamen, ut ſi ejusmodi Prædia in Manus non privilegiatas venirent, Jurisdictio pariter ad Principem revertatur. Tenor Privilegii eſt: „ **Mit dem Stand „ der Ritterſchaft und Adels / welche hievor auf „ ihren ainſchichtigen Land-Gerichts-Gütteren aller-„ ley Freyheit und Oberkeit gehabt / haben Wir „ Uns disfals mit allen Gnaden noch weiter einge-„ laſſen / daß Wir ihnen denn von Adl / und Ritter-„ ſchaft / die Wir fur Rittermäßig und Adels Per-„ ſonen halten / und erkennen werden / ſonderlich de-**

„ nen/ die es hievor nicht gehebt / noch von Alter her-
„ gebracht/ die Hoff-Marchs Freyheit/ und Oberkeit/
„ auf allen ihren Land-Grichtischen Sitzen/ Sedlhöfen/
„ Tafernen/ und allen andern ihren ainschichtigen Güt-
„ tern/ die sie jezt haben/ oder künftiger Zeit über-
„ kommen/ aus Genaden bewilliget/ geben / und zu-
„ gelassen haben„ Deinde Nobiles Privilegiorum capaces etiam hoc habent præ cæteris præcipuum, quod non solum in propriis, sed etiam in omnibus fundis ad Principem spectantibus, si Banna ferina, & foresta principalibus quatuor Civitatibus, Monachio, Landishuto, Straubingæ & Ingolstadio contigua excipias (i), venationem inferiorem exercere possint, cum econtra Nobilibus minus privilegiatis, Jus venandi tantum intra Limites & Fundos suæ Hoffmarchiæ competat; prout hæc in Electorali quodam Decreto de dato. 4. Aprilis Anno 1667. ordinata & decisa, ac in alio Clementissimo Mandato Anno 1673. 19. Junii exarato, confirmata leguntur, & in hoc præcipue & aliis adhuc Privilegiis fundatur Differentia inter Nobiles Privilegiorum capaces & incapaces, quæ eo notabilior est, quo majora Nobiles privilegiati inde percipiunt emolumenta. Ut jam Nobilis in Bavaria his & aliis Nobilitatis Privilegiis fruatur, necesse omnino

est,

eſt, ut a Domino Territoriali pro tali agnoſcatur: „ Die Wir vor Rittermeßig / und Adels Perſonen hal„ ten„ Pro talibus autem a Sereniſſimo Domino Territoriali reputantur, omnes illi quorum vel Majores jam antiquitus Bona Nobilia in Bavaria poſſederunt, & Nobilibus Bavariæ annumerati, vel quibus Privilegia hæc a Principibus ex ſpeciali gratia communicata fuerunt. Sed occurrit hic quæſtio, a quo ergo tempore Nobilis prætendens capacitatem Privilegiorum (der Edlmanns-Freyheit) Majorum ſuorum conditionem & Statum Nobilitatis docere teneatur? Nos credimus, quod ſicut Privilegia Nobilitatis diverſis Temporibus fuerint emanata, Sexageſimum autem ſolum ſit illud, quod in Ordine ultimum ſuperioris & inferioris Bavariæ Nobiles concernit, omnino ſufficere, ſi talis Nobilis vel ex Nobilium Cataſtris, vel aliunde ſufficienter oſtendat, quod Familia ſua jam ante Annum 1557. Jure Nobilitatis donata bonis Nobilibus in Bavaria prædita fuerit.

Secundam Claſſem Nobilium in Bavaria conſtituunt illi, qui vel a Principibus noſtris ex antiquiſſimo Comitum Palatinorum Jure (k) Nobilitatis gradu inſigniuntur, vel ratione Officiorum & Dignitatum Nobilitati æquiparantur, ſicut diverſi ho-

rum

rum Nobilium ſunt Gradus, ſic etiam diverſimode fruuntur Nobilium Privilegiis; generaliter ſaltem hæc notavimus; nullus vel avitæ, vel fortaſſis noviter ab Imperatoribus conceſſæ Nobilitatis, Privilegiis Nobilitatis gaudet in Patria, niſi a Sereniſſimo Principe pro Privilegiorum Bavaricorum capace declaretur; ſolet autem hoc fieri per publicam ad omnes Nobiles, Abbates, Officiales, Civitates & Corpora directa Intimatione, quæ dicitur (die Ausſchreibung) pro qua etiam certa Taxa ad Cancellariam ſolvi debet. Ulterius notandum eſt, quod collatio Nobilitatis vel Prædicati, non ſimul includat capacitatem Privilegiorum Nobilium ſingularium, ſicut eſt Jurisdictio in prædiis ſeparatis, Venatio extra Hoffmarchiam &c. ſed quod hoc a Domino territoriali ſeparatim debeat obtineri, & etiam in Litteris Conceſſionis ſpecialiter exprimi, id quod hactenus, quantum obſervare licuit, ſemper conſuetum fuiſſe percepimus.

(a) Drüml Neue Bewährung, daß die Reichs-Ritterſchaft von Anbeginn des Reichs zu dem Adel in Teutſchland gezehlet worden und unmittelbar geweſen.

(b) Id. Cap. 1. §. 2. not. c.

(c) Chronicon picturatum Brunſuic. ad Ann. 814. „ By „ Duſſes milden Kayſers tyden Lodevicus, ſo was

„ Ethico eff de Wolpy, ſyner Kayſerinne Vader;
„ Duſſe Here Ethico eff de Wolpy was ein Here van
„ Raverſperge, ſyne Eltern Heren de Van Altorpe, und
„ was ſo fry, dat he von Nymande ſy Forſtendom
„ do lene entfengk, unde de ſo hadde he einen ſonen,
„ de heyt Heinrick, deme bot he dat ok to holden.
„ Do kam de Kayſerinne Judit, ſyn ſuſter, und bedach-
„ ten en behende Cokkeit, ſo das Doſſe Here Hin-
„ rick des Kayſers Man wart: - - alſo ovart he des
„ Kayſers belende Man, do dat ſyne Vader horde, he
„ ovart ſer tornich, vente he ein unſelich Man was.

Chronicon Brunſuic. apud Mader. p. 14. Temporibus Caroli erat quidem Ethico, Princeps magnus, qui pro generis ſui Excellentia nulli hominum pro pheodo humiliare ſe volebat, cujus filiam Ludovicus Rex filius Caroli duxit in uxorem. Hæc perſuaſit Henrico Ethiconis Filio fratri ſuo, ut Vaſallus fieret mariti ſui Ludovici. Quo renuente tandem de hoc facta Rege conventus eſt. - - Et Rex ei montem, qui Merſepurg dicitur, una cum Ducatu Bavariæ dereliquit. Ethico de facto Filii indignatus, in ſolitudine vitam privatam agens, moritur.

(d) Georg Rixner / Thurnier Buch von Anfang / Urſachen, Urſprung / und Herkommen, der Thurnier im Heil. Römiſchen Reich teutſcher Nation, wie viel offentlicher Landthurnier / von Kayſer Heinrich dem Erſten dieſes Nahmens bis auf den jetzig regierenden Kayſer Maximilian dem Andern / Unſern Allergnädigſten Herrn / und in welchen

chen Städten die alle gehalten / auch durch welche Fürsten/ Grafen / Herren / Ritter und vom Adel dieselbe jederzeit besucht worden ꝛc. in Joan. Stephan. Burgermeister; Bibliotheca equestri. Th. II. Dedicavit Rixnerus librum hunc in genere suo haud inelegantem Joanni, Comiti Palatino Rheni & Duci Bavariæ: sed litteras ad hunc Principem directas absurda hac interpolavit fabula. Darum dieser Herr Johannes (Joannes Kirchberger, Ecclesiæ Magdeburgensis Canonicus & Vicarius Episcopi Magdeburgensis & Administratoris Monasterienſis Joannis Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bavariæ) „ dis „ Buch nach Seiner Fürstlichen Gnaden Abgang mit an„ deren auch in sein Gewalt bracht hätte/ welches vor Alter „ gar nache verblichen was, und mir solches Buch von ihm „ ward / begert ich an ihn / das Niemand weiter zu vergnü„ gen / des er mich under Augen gewährt / und warf es „ in meinem Ansehen in ein Feuer / darumb ich weiß solch „ Ritterspil von Niemand anderen dan mir in dis Hochteutsch „ Sprach verwandelt / und an Tag bracht ist.„ Sordidum certe animæ characterem narratione hac prodit Rixnerus, & cum præterea libellus hic multa erronea circa Chronologiam contineat, dolendum est, quod Nobilitatis tam pretiosus thesaurus in tam leves manus inciderit.

(e) Metropolis Salisburgensis, continens Primordia Christianæ Religionis per Bojariam & loca quædam vicina: Catalogum videlicet Archi-Episcoporum Salisburgensium, & Co-Episcoporum Frisingensium, Ratisbonensium, Patavienſium ac Brixinenſium: a Nob. & Amplissimo Viro Wigulæo Hund a Sulzemos.

J. C. ac Supremi Bojorum Senatus Monachii Præside. Ingolstadii 1582. Opus hoc elegantissimum in Anno 1620. de novo prodiit Monachii cum Notis Christophori Gewoldi, multis Diplomatibus augmentatum. Ejusdem Bayrisch Stamm-Buch von dem Abgestorbnen Fürsten/ Pfalz-Marck-Land- und Burg-Grafen/ Land- und Freyherrn, auch andern Adelichen Turnier Geschlechteren des Fürstenthums in Bayrn. 2. Theile: Ingolstadt 1585. & 1586. Circumferunt tertiam Partem hujus operis in manuscripto, an autem sit genuina Hundii Soboles? multi dubitant; fama fert, ipsum originale asservari in Serenissimi Electoris Librario.

(f) Joannes Aventinus edidit Annalium Bojorum libros septem Ingolstadii 1554. Multis in locis liber hic fuit recusus, omnium aurem optima editio est, quæ Lipsiæ Anno 1710. cum Nic. Hieron. Gundlingii præfatione prodiit.

Idem Auctor Norimbergæ Anno 1522. edidit. Bayrischer Chronicon: im Latein nun verfertigt/ und in siben Bücher getailt ein kurzer Auszug ꝛc. Abschrift/ und Verteutschung etlicher alten Brief (so noch ganz unverlezt in Bayrn verhanden seynd) damit gründlich/ und wahrhaftig geweist wirdet, daß Bayrn ein Königreich gewesen/ mit seynen Grenitzen vil weiter, dan jetzo geraicht/ in mehr Fürstenthumb, aber nunmer mit eins Manns Schilt/ und Helm (nach dem der Stief-Son mit seinem Vater darum gekriegt) durch Kayser Friderichen dem Ersten zu Regenspurg auf etlichen Reichs-Tägen getailt ist worden. Delineavit celebris hic Auctor in hoc Opusculo plura

Schem-

Schemmata Nobilium, ex quibus ad Institutum nostrum sequentia annotavimus. Comites de Semta & Eberſperg, Fundatores Monasteriorum Geiſenfeld & Kiepach: in Bavaria possederunt: Ips: Pösenpoig in Austria, Pfeffenhausen, Lanquait ad Labarum Amnem: Welphi, Comites in Altorff, & Ravenspurg in Patria nostra possederunt totum tractum ad Alpes & Ameram, qui dicitur Ammergeu: fundarunt Monasteria Staingaden, Kaitenbuch, Altomunster. Potentissimi hi Comites fuerunt Duces in Bavaria, Karyntia, Saxonia, Tuscia, Spoleto, & Sardinia. Comites de Artenberg, & Liebenau, Markgrafii in Kraiburg in Bavaria: Comites in Burghausen, & Schal. Comites in Scheyrn, Wartenperg, Wittelspach, Valay, Dachau, Landgravii in Bavaria: quorum Posteritas in Serenissimis Bavariæ, & Palatinatus Electoribus, & Principibus superstes felicissime floret: Comites in Sulzpach, Castell, Amerthall: Comites in Rietenpurg, & Stephaning, Burgrafii Ratisbonenses. Comites de Voburg, Margrafii Kamenses: Comites in Pogen, Windenperg: Comites Wolfratshusani, in Andechs, Hochenwardt, Pyrgl, Dieſſen, Taurn, Duces in Dalmatia, Meran, Histria, Comites Burgundiæ: Comites in Hall, Lindburg, & Wasserburg: Comites in Neuburg, Falkenstain, Hadmarsperg, Antourt, Weiam: Comites in Mospurg. Comites in Landsperg, Leonberg, Lenberg, Dorenberg: Comites in

Graisbach, Burchaim, Lechsmund: Domini in Biburg, & Hylpolſtain: Domini de Labar, Teurting, Aueking, Werd, & Altmul: Comites in Abenſperg, Abinberg, Kottenegk, Ratzenhofen, Train, Randek, & Altmanſtain. Comitum de Kirchperg & Kaning: qui Monaſteria Mallerſtorf ad Labaram, Paring, & S. Mang prope Ratisbonam fundarunt, item Comitum de Hirsperg, Frontenhauſen, Medling, Aſpach, Plain, Reicherſperg, Rot ad Oenum, Eſchenloch, Partenkirchen, Werdenfels, nec non Dominorum de Alderſpach, Beiharting, Eureſpurg, Schamhaupt, Tegernwangk, Suben, Branau, Weilheim, neſcire Proſapiam fatetur Aventinus, defectum hunc in multis ſupplevit Illuſtris Hundius;

(g) Natus fuit Aventinus Abuſinæ (Abenſperg) in Bavaria Anno 1466. a quo loco etiam Cognomen Aventini adoptavit. Pater ejus fuit Joannes Thürmayr; in Anno 1512. conſtitutus fuit in Informatorem Seren. Principum Wilhelmi, & Erneſti, Ducum Bavariæ. Obiit 1534.

(h) Annales Bojorum p. 741. & 743.

(i) Die erklärte Lands-Freyheit. P. 3. Art. 14. &c. Gejaid-Ordnung Cap. 14.

(k) Moſer im Teutſchen Staats-Recht.

OB-

OBSERVATIO III.

De Privilegiis Nobilitatis Bavaricæ.

NObilitatis Bavarica ſicut in duplicem ſpeciem abit, ſic etiam diverſis Privilegiorum gaudet Prærogativis. Nobiles Bavari in genere præ aliis promoventur ad Dignitates, Officia, Conſiliarii Principum potiſſimum in partem eliguntur ex Nobilitate, præficiuntur Officiis Aulicis, & Militaribus, Præfecturis, venationi (a), ad Feuda equeſtria inveſtiuntur, & ſic in Patria noſtra primum omnino Civium conſtituunt ordinem. Privilegia ſingularia breviſſimis adumbrabimus.

I.mum eſt, quod Nobiles ab omni Jurisdictione, etiam ipſius Principis, in quantum nempe Jurisdictio baſſa a Principe, Præfectis & Officialibus, denen Land-Richtern / und Pflegern / oder Pflegs-Commiſſariis ſolet demandari, ſint exempti, adeo ut coram ſolo Domino territoriali & ejus Dicaſteriis, quæ Principem immediate repræſentant, conveniri poſſint. Tenor antiquiſſimi Privilegii Ottoniani hic eſt: „ Wir behalten auch uns ſelber zu „ richten, was unſer Grafen / Freyen / Dienſtman „ (Vaſalli) Ritter / oder Knecht / miteinander zu „ krie-

„ kriegent haben / wollen wir daß Unser Vitzdom das
„ richten / oder wen wir darzu schaffen / jedem Herrn /
„ doch in allen den Rechten / als er von alter Dingen
„ her ist gestanden.„ Quod deinde lege publica der erklärten Lands-Freyheit P. 1. Art. 7. & novissime Cod. J. Bav. judic. C. 1. §. 11. confirmatum legimus: æquiparantur hac in re Nobilibus, & illorum gaudent Privilegio Doctores & Licentiati, gradu in approbatis Universitatibus insigniti, nec minus Sereniſſimi Principis & Statuum Provincialium Officiales, nec non Officiales bellici, qui in Aula Principis sunt a Servitiis, Advocati, Clerici, Academici vel demum omnes illi, qui a foro Jurisdictionis ordinario, ex speciali Principis Gratia eximuntur; Uxores, Liberi, Domestici, exemtione, & Privilegio Fori quidem pariter gaudent, & regulariter Foro Mariti, Parentum vel Domini subjiciuntur, nisi tamen consuetudo, vel Privilegium locale aliud exigat.

II.dum Privilegium est, quod Nobiles Bavari Bona immobilia (Herrschaften / Hofmarcken / Edlsitz) acquirere, & in iis Jurisdictionem bassam, seu inferiorem in omnes non solum subditos, sed etiam Peregrinos in Hoffmarchiis vel habitantes, vel Forum rei sitæ, Contractus, vel Delicti prorogantes exer-

exercere libere queant; circa uſum hujus Privilegii notabilis eſt Differentia inter Bona exemta, & Bona ſeu Prædia non exemta. Bona exemta ſunt vel unus vel plures Pagi, qui integrum corpus conſtituunt (**Herrſchafften/Hofmarcken**) vel etiam Prædium aliquod (**Edlſitz**) quod tantum in ædibus, horto, agris, ſylvis & pratis conſiſtit, & quæ jam ab antiquo a Nobilibus inhabitata, Cataſtro (**der Land-Tafel**) tanquam Bona nobilia ſunt inſerta. Vel ſunt Prædia ſeparata, communia (**gemeine Bauren-Güter**) quæ in tabulis publicis Bonis Nobilibus non annumerantur. Nobilis privilegiatus (**Edlmanns-Freyheit fähiger**) ſemper gaudet Jurisdictione, ſive Bonum Nobile ſive plebeium (**ein gemein Bauren-Gut**) in territorio Domini territorialis (**in einem Land- oder Pfleg-Gericht**) ſitum acquirat, adeo tamen, ut ſi Prædii ſeparati dominium in alium non privilegiatum transferat, Jurisdictio iterum revertatur ad Dominum territorialem; econtra Nobiles minus privilegiati, quibus etiam Abbates, Clerici, Officiales Principis & Statuum Provincialium annumerantur, item Cives, cum excluſione ruſticorum, Jurisdictionis exercitio aliter non fruuntur, quam ſi Bonum aliquod Nobile, quod pro tali in Tabula publica (**in der Land-Tafel**) inſcriptum eſt, comparaverint. Ver-

ba Privilegii sunt hæc: „ doch wo Burger von den „ Prälaten / oder EdlLeuten / oder die Prälaten von „ den EdlLeuten / oder Burgern Hofmarch kauffe„ ten / oder schonst mit dem Aigenthumb an sich brin„ gen / den sollen wir solch Hofmarchs Gerechtigkeit / „ wie vorsteht / auch halten. Erklärte Lands-Frey„ heit. P. 2. Art. 38.

Tertia Nobilium Prærogativa in Venatione consistit. Venatio in Patria nostra dividitur in majorem, & minorem: Major est, quæ se extendit ad majora animalia sylvestria, utpote cervos, cervas, capreas montanas, sive rupicapras, apros &c. vocatur **die hohe Jagdbarkeit.** Minor est, quæ comprehendit omnis generis animalia minora, ut lepores, vulpes, taxos, & omnia volatilia, perdicies, alaudas, turdos, sylvestres anseres, anates &c. et in summa, quidquid volucrum nomine comprehenditur, exceptis solis falconibus, ardeis, & milanis, propter specialem recreationem, quam in certamine aërio inter se pugnantes faciunt. Ratione Modi venandi ulterius dividitur in Venationem plenam (**ein eingespertes Hoch-Jagen**) ubi exitus animalibus retibus occluditur, & sic a fuga, & transitu in aliud territorium impediuntur, & in Venationem liberam, ubi quidem animalia majora,

ursos

urſos & apros ſed tantum cum ſclopeto, & canibus (vom Strick aus) capere, vel trajicere licet. Alia demum Venatio eſt hæreditaria, alia gratioſa, (ein Erb- oder Gnaden Jagen). Venatio majorum animalium per totam Provinciam ad Principem terræ ſpectat, Jure quodam regalium ex antiquiſſima Conſuetudine & Præſcriptione. In quibusdam locis etiam Nobiles hoc Jus habent, & quidem vel Jure hæreditario a Majoribus ad ſe devoluto, vel ex ſpeciali conceſſione Principis. Si Jus hoc ſimpliciter eſt hæreditarium ſicut alia Jura, cum conſenſu Domini territorialis alienari, vendi, permutari, vel Titulo quocunque habili ad transferendum Dominium acquiri poteſt; precario vero, vel omnino gratuito pro bene meritis, vel pro certa annua Penſione conceſſum, ſemper ad Nutum Principis manet revocabile. Venationem plenam, auf den hoch Zeug-Tagen/ quod attinet, Jus hoc prætendens ſpeciali Privilegio, vel ſaltem poſſeſſione immemoriali munitus eſſe debet, cum alias vicinos ſuos emolumento, quod ex fuga, & tranſitu animalium in illorum territoria ſperare poſſunt, privare non poterit. Venatio vero minor competit Nobilibus ex Privilegio, & ſub notabili differentia, Nobiles privilegiati (Edlmans, Freyheits fähige) habent Jus venandi minores feras &

aucupium exercendi in omnibus fundis, non solum propriis, sed etiam alienis, & ad Principem spectantibus (**sye jagen so weit / als der Hiumel blau ist**): cum econtra Nobiles minus privilegiati Jus exercendi venationem tantum in Districtu Hoffmarchiali habeant; reliqui Possessores bonorum nobilium vero, qui Nobilitate præditi non sunt, vel pro talibus a Principe non sunt agniti & declarati, a venatione omnino debent abstinere, sicut in Electorali Decreto de dato 4. April 1667. & in alio Mandato Anno 1673. in verbis statuitur. „ **Als erstlichen / das es mit denen Ungefreyten Personen bey der hievor unterm 4ten April 1667. schon deutlich genug ausgefertigter Verordnung nochmahlen allerdings seyn ungeändertes Verbleiben hab / darob man noch fürdersamst gehorsambst zuhalten / und solchem das kleine Waidwerck weiter nicht / als besagte Verordnung in sich halt / gestatten solle.** Quæstiones hac in re valde difficiles oriuntur, nempe an Nobili privilegiato alterius Nobilis similiter privilegiati fundum ingredi, & ibi venari liceat? nec non an ejusmodi Nobilis privilegiatus in Districtu Hoffmarchiali, ad Monasterium, Collegium, vel Nobilem minus privilegiatum pertinenti, contra illorum voluntatem venationem exercere possit? posterius improbat Illustris quondam Patriæ nostræ

Can-

Cancellarius L. Baro de Schmid (b) primum quidem obſervantia demonſtratum indubium eſſe aſſerit, conſultius tamen fore exiſtimat, ſi Nobiles privilegiati hanc tacitam Conventionem reciproce ingrediendi alterius Fundos Hoffmarchiales contraria expreſſa conventione e medio tollerent & abrogarent, cum experientia docuerit, ex hac reciproca licentia non niſi rixas, rancores, odia &c. orta fuiſſe; quod etiam hodie potiſſimum obſervari percepimus (c).

Quartum conſiſtit in Jure Hoffmarchiali. honorificum æque, ac utile exercitium hujus Juris eſt Nobilibus Bavariæ, ex profeſſo pertractarunt materiam hanc doctiſſimi, & in Re Patria verſatiſſimi Viri, Hermanus Antonius Maria de Chlingenſperg &c. in Electorali hac Univerſitate quondam Profeſſor ordinarius, (d) nec non Anton. Wilhelm Ertl JCtus. Sacræ Cæſar. Majeſtatis, & Liberæ per Sueviam Nobilitatis Syndicus: (e) qui tanta ſolertia & acquiſita in praxi forenſi ſcientia Jura Nobilium illuſtrarunt, ut aliquid ulterius addendi Anſam vix reliquerint.

De Jure braxandi Cereviſiam nigram, & albam hordeaceam (weiß / und Braun-Gerſten Bier) tantum aliqua liceat nobis apponere.

In Patria noſtra omnibus Nobilibus, Landſaſſiis, & Dominis Hoffmarchialibus permiſſum eſt, pro eorum neceſſitate domeſtica, liberis, & famulitio in Pagis vel Hoffmarchiis ſuis Cereviſiam hordeaceam ex aqua, hordeo, & lupulo coquere & braxare; adeo tamen, ut a Braxatione Cereviſiæ albæ, quæ ex ſiligone (Waizen) conficitur, Domino territoriali reſervata, etiam quoad uſum privatum omnino debeant abſtinere.

Privilegio hoc quoad potum domeſticum (den nothwendigen Hauß-Trunck) etiam utuntur Nobiles, quando pro majori commoditate in urbe, quod hyemali tempore potiſſimum fit, habitant; adeo, ut Domus braxatorias in civitatibus, vel ædibus ſuis urbanis erigere illis quidem licitum non ſit, nihilominus tamen a Braxatoribus Civitatum (durch die Stadt-Bräuer) impediri minime poſſint, ſi cereviſiam in Hoffmarchiis coctam, in civitates aſportare, & pro neceſſitate domeſtica uti velint. Land- und Policey-Ordnung l. 3. t. 1. art. 13. & in terminis tit. 2. art. 4. ubi „ wo auch jemand geiſtlich- oder „ weltlichs Stands / in Unſerem Fürſtenthumben „ zu ſeines Haußhabens Notturff / für ſich / ſein

„ Hauß-

„ Hauß-Gesind / Diener / oder Ehehalten ꝛc. oder „ selbst / es sey wenig / oder vil breuen / oder durch „ andere machen lassen wolt / daß soll einem jeden „ unverwöhrt seyn. Interim tamen Dominis Hoffmarchialibus Cerevisiam vendere, & distrahere tam in civitatibus, quam in pagis expresse est prohibitum, nisi specialiter desuper sint privilegiati. Monasteria in civitatibus, quæ bona Nobilia, seu Hoffmarchias non possident, Jure braxandi Cerevisiam non gaudent, nisi gratiam hanc a Sereniſſimis Dominis territorialibus habeant, quam quidem quam plurima Monasteria hactenus obtinuerunt, venditio tamen cerevisiæ tam publica, quam clandestina sub pœna pecuniaria ad centum Ducatos, vel privatione Juris braxandi illis manet prohibita (f). Præterea sunt non pauci Domini Hoffmarchiales in Bavaria, qui simul annexum in suis Hoffmarchiis habent Jus erigendi Domum braxatoriam, ubi ereviſiam nigram hordeaceam non solum ad domesticam necessitatem coquendi, sed etiam publice vendendi sub circulis (**unter denen Reifen**) distrahendi, caponibus suis distribuendi, & quovis modo utilitatem inde quærendi facultatem habent. Circa Jus hoc braxandi, & vendendi cerevisiam sequentia notatu digna occurrunt. Primum est, quod non cui-

libet

libet licitum sit cerevisiam venalem modo tenuem, modo vero generosiorem conficere, sed æqualis in qualitate intrinseca debet observari proportio. Generalis rei braxatoriæ Instructio de dato 16. Julii 1723. §. 3. & 4. nec non Mandatum Clementissimum de dato 4. May 1761. n. 9. statuunt: „ das die ganze Sud auf 24. hieländische Eymer/ je„ den Eymer a 64. Maaß im Winter- und sogenann„ ten Schenck-Bier / in dem Sommer- oder Merzen„ Bier auf 22. derley Eymer a 64. Maaß gegossen/ „ und zu einer ganzen Sud fünf Münchner Schäffel „ gesprengt / uneingerigleten / und uneingestossenen „ Malz / wie es zum brechen auf die Mühlen zuge„ richtet wird / sollen genommen werden. Quantitatis lupuli antiquitus non habent rationem leges Patriæ, quia tantum ad avertendam aciditatem, & promovendam fermentationem adhibetur, & in majori quantitate Massæ cerevisiariæ appositus, caput, & stomachum lædit; hinc frequenter conqueruntur rustici nostri: Hopfen-reich, und Malzarm / giebt ein Bier / das GOtt erbarm. Secundo! cerevisiam hordeaceam albam nemini, nisi specialiter privilegiato licet vendere: in Mandato Generali de dato 21.ten Aug. 1750. §. 35. hæc legimus: „ über „ diß ist auch versehen / das blos die 6. Bräu-Häu„ ser / zu Seefeld (g) Niderschönefeld (h) Fürsten„ stain

„ ſtain (i) Titling (k) Haslbach (l) und Pierne
„ bach Gerichts Pfarr-Kirchen (m) die Conceſ-
„ ſion des Gerſten-Biers auf die obere Gier/ und ſon-
„ ſten keine in Unſern Land genüſſen / auch von 6.
„ Schäffl Malz 28. Eymer erzeigen laſſen mögen ꝛc.

Tertio. Etiamſi Nobiles, & Domini Hoffmarchiales ſubditis ſuis, ſeu Ditionum ſuarum hoſpitibus præcipere poſſint, ut cereviſiam in ſuis domibus braxatoriis emant, & etiam extraneos vel ex Privilegio ſpecialiter obtento, ſive etiam ex pacto & contractu ad hoc obligare poſſint, qui (die Noth- oder Zwang-Wirth) dicuntur; juſtiſſime tamen per Principes terræ cautum fuit, ne exceſſus irrepere, & ſubditos plus juſto prægravari contingeret. Inſtructio Generalis de Anno 1723. prius allegata §. 36. ſaluberrime ſtatuit: „ wie Uns ferners vorkommt/ das theils von de-
„ nen Brauenden/ und ſonderlich Klöſter und adeli-
„ chen Ständen/ einige Wirth zu Nehm- und Ver-
„ ſchleiſſung ihres Biers/ es mag ſohin dieſes/ wie es
„ immer wolle Saz- und Beſchaumäßig/ oder verdor-
„ ben / Unbeſchau- und Unſazmäßig ſeyn/ anhalten/
„ und ſie Nothwirth kaufen ſollen/ dergleichen wär in
„ unſeren Landen wider die natürliche Freyheit nit/ ob
„ ſchon wiſſen / das theils Ständen einige Wirth zu
„ Nehmung des Biers aus Gnaden verlaubt ſeye. So
„ hat es aber mit ſelbigen die Beſchaffenheit / daß / ſo

„ lang sie von einem solchen Bräustand mit einem
„ Saz- und Beschaumäßigen guten Trunck versehen
„ werden/ selbige das Bier von ihnen noch ferner neh-
„ men und verschleissen können und mögen; Da die-
„ ses aber die erforderliche Güte nicht hat/ ist auch in
„ solchem Fall keiner gebunden/ das liederliche Unbe-
„ schau- und nicht Sazmäßige Getränk von dergleichen
„ Bräuhäusern zu nehmen/ allfolglich bey solchen
„ so getauften Nothwirthen die unhinderliche Wahl
„ stehet/ sich wo sie wollen/ um einen haltbahren
„ Trunck umzusehen/ und selbigen weiters zu ver-
„ schleissen/ derentwegen/ weilen wir annebens auch
„ mit sonderm befremden vernehmen/ das einige
„ bräuende Stände ihrigen Wirthen das Bier bey
„ denenselben nothwendig/ oder auch das Jahr hin-
„ durch eine gewisse Quantität zu nehmen auferladen/
„ und in ihre ertheilende Gerechtigkeits-Brief einver-
„ leiben lassen/ dergleichen Pacta aber der natürlichen
„ Freyheit/ und Unserer Polizey entgegen stehen/ auch kei-
„ nem gebühret die Freyheit einzuschrencken/ als wer-
„ den derley Pacta, und Bedingnüssen/ durch welche
„ die gemeinsame Recht sich nicht abänderen lassen/
„ Kraft diß für null, nichtig und unhaltbar/ sowohl
„ de præterito, als in futurum erkennet/ und hie-
„ durch jeder Bey-Wirth und andere in seiner natür-
„ lichen Freyheit gelassen/ auch auf Manutenirung

„ dieser

„ dieſer Unſer gnädigſten Verordnung bey aller Vor-
„ fallenheit Unſere Collegien gemeſſen verwieſen ꝛc.
Pargrapho. 37. ſequenti ulterius ſtatuit Sereniſſimus Elector, quod ſicut compertum habeat, quod aliqui Domini Hoffmarchiales Sæcularis & Eccleſiaſtici Status contra Statuta Bavarica **Land- und Policey-Ordnung** L. 3. T. 6. Art. 15. nec non contra generale de dato 14. Octobr. 1702. ſuos ſubditos cogant, ut Convivium nuptiale vel ſponſalitium (Stuhl-Feſt) vel etiam Compotationes (den Freundſchaft Trunck) ad Baptizationem infantum, vel ſepulturam amicorum inter patrinos & conſangineos ſolitas, nullibi, quam in illorum cauponis inſtituant, omnia ea in poſterum velle eſſe abrogata: „ Allen und jeden Prä-
„ laten / Amts-Verwaltern / Hofmarcks-Innhabern /
„ und Landſäſſen Unſerer Chur-Bayriſchen Lande ernſt-
„ lich gebietende / fürohin einem jeden / er ſeye ihrer
„ Verwaltung oder Zwang unterworffen oder nicht /
„ ſeinen Haſtl Wein / Hochzeit / oder anderes auſſer
„ oder in ihren Verwaltungen / Hofmarchen und Ob-
„ rigkeiten / aufm Land / oder Märckten / wo es ihnen
„ gefällig und gelegen und man der Wirthſchaften be-
„ rechtiget / wann es nur inner Landes iſt / ungehindert
„ und frey halten zulaſſen / und ihnen weder vor noch
„ darnach zu einiger Zech / Zöhrung / oder Landſchaft
„ mit nichte zu tringen oder zu nöthigen / auch derent-

„halben nichts von ihnen zubegehren oder zu nehmen/ „bey Vermeidung Unserer Ungnad und schweren „Straff. Neque justissimæ huic Constitutioni per contrariam observantiam aliquid derogatum fuisse credimus, cum Serenissimus Elector Dominus noster longe Clementissimus in Generali Mandato 31. Aug. 1750. emanato §. 39. in terminis rescribat: Vorzüglich aber wegen deren habenden sogenannten Roth-Wirthen/ welche nur in jenem Fall/ da sie einen guten und gerechten Trunck überkommen/ an ihre Bräu-Häuser angewiesen seynd. Quarto. Cum autem caupones, & venditores cerevisiæ (die Zäpfler) Clementia Principum non raro abutebantur, & contractis debitis, insalutato hospite, domos braxatorias desererent, ad grave sæpissime damnum Domini Hoffmarchialis braxantis & ærarii publici, in Clementissima Instructione de dato 5. May 1753. §. 6. statuitur: „ wegen der so genannten Frey-Wirth „ weiters Gnädigist verordnet haben wollen/ das weilen „ wegen deren bis anhero immerdar/ auch sogar wäh„renden Sud-Jahrs öfters beschehenen Abwechsel von „denen Bräu-Stätten/ bey den bräuenden Ständen/ „ niemahl eine sichere Anrechnung gemacht werden kön„nen/ diese sogenannte Frey-Wirth schuldig seyn sol„len/ bey deren dermahliger Vernehmung sich zu erklä„ren/ bey welchem Bräu-Hauß sie in dem nächst

„künfti-

„künftigen ersten Sud-Jahr sowohl das Winter- als „Sommer-Bier abnehmen wollen / wovon sie auch in „solchem Sud-Jahr abzuweichen nit befugt / wohl aber „demselben frey bleibet / nach Verfluß des erst Bräu-„Jahrs mit solchem Bräu-Hauß abzuwechslen / jedoch „dergestalten / das er anvor das Bier bey demjenigen „Bräu-Hauß / wovon er solches abgenommen / würck-„lichen bezahle / und selber vor dessen Entrichtung von „einem anderen Bräu-Stand nicht angenommen wer-„de. Quinto. Pretium cerevisiæ vendendæ quod attinet, non dependet a venditorum vel emptorum privato arbitrio, sed quot annis a Consilio Electorali Aulico secundum hordei & lupuli majorem vel minorem æstimationem Lege pragmatica sancitur, adeo, ut neque carius neque vilius vendere liceat, imo etiam omnes arrhationes vel superdationes (Darein gab) sub pœna pecuniaria, vel etiam privatione Juris braxandi sunt prohibitæ. Mandatum Electorale de dato 4. May 1761. N.ro 11. Sexto. Sicut quilibet Jure braxandi prædítus, certam pecuniam ad ærarium publicum solvere tenetur, sic etiam Sereniſſimi Principes Nobilium propter majores sumptus in rem braxatoriam habendos, & alia merita singularem habuerunt rationem; „ Ingleichen das der Prälaten-Stand / wel-„cher des freyen Bier-Verschleiß berechtiget ist / be-

„sammt

„sammt denen Bürgerlichen dann-Land-Brauen ab
„einer ganzen Winter- oder Sommer-Sud fünffzehen
„Gulden 42. kr. 6. hl. denn der den Verschleiß habende
„bräuende Ritter- oder Adl-Stand aber / dermahlen
„mithin mit Wiederholung des in Unserem vorigen
„gnädigsten General Mandaten enthaltenen Beysatz
(gratiam nempe hanc ad voluntatem Sereniſſimi
eſſe revocabilem) „ ab jeder derley ganzen Sud drey-
„zehen Gulden 12. kr. 6. hl. zu braunen Bier Aufſchlag
„zu verreichen / von denen Geiſt- und Adelichen Stän-
„den auch Klöſter- und anderen Stiftungen hingegen /
„welche nur den Hauß-Trunck allein zu erbräuen haben /
„ab jedem erzeugenden Eymer drey- und zwanzig Kreu-
„zer 4. hl. zu entrichten seyen. Ubi ſeptimo etiam
hoc eſt ſingulare, quod in exactione publica, &
computatione menſuræ (einer ganz / oder dopelten
Sud) non ad quantitatem cereviſiæ coctæ, ſed
polentæ (des Malz) ſicut a molitore ex hordeo
præparatur reſpiciatur, ne cereviſia plus juſta a-
qua onerata menſuram eo facilius impleat. Quili-
bet ex hactenus enumeratis facile videbit, quantum
emolumenti Juri Hoffmarchiali Privilegio braxan-
di accedat; (n) ad Privilegia Nobilium generalia
ut recedamus.

Quin-

Quintum consistit in conservatione Nobilitatis Bavaricæ; etiam hac in re antecessor nobis est prorsus egregius Christophorus Chlingensperger Professor quondam Juris Publici celeberrimus, (o) cujus illustria vestigia cum assequi nobis non liceat, passibus non æquis premere honori nobis ducimus. Fundamentum conservandæ Nobilitatis Bavaricæ ex variis quidem Principum terræ concessis Privilegiis, Statutis, **der Land-Recht** / nec non **der erklärten Lands-Freyheit** / potissimum vero ex Generali Privilegio Serenissimi Ducis & Electoris **Ferdinandi Maria** de Anno 1672. 20. Aprilis emanato desumitur. Gratiosissime approbat in hoc Mandato Serenissimus Elector omnes dispositiones fideicommissarias, successiones natu majorum, quas Majoratus vocamus, non solum in prædiis, & bonis immobilibus, sed etiam pecuniis mobilibus in majori quantitate pro usuris annuis elocari solitis, quæ Capitalia (**Zinß-Brief**) audiunt, adeo tamen, ut ejusmodi dispositiones & pacta, vel in Consilio Aulico vel Regiminum, ubi nempe bona immobilia sita sunt, in matriculam ad illorum quorum interest, notitiam redigantur. Circa Successiones & Hæreditates statuit Serenissimus Princeps ante omnia ad ultimas Nobilium Voluntates & Testamenta esse respiciendum, ubi dispositionem paternam validam

decla-

declarat, etiamsi Filiæ in legitima læsionem probare possent: quodsi vero Nobilis privilegiatus (**ein Edlmanns-Freyheit fähiger**) sine Testamento decedit, Filiæ nobiles ab hæreditate paterna, materna, & fraterna etiam in defectu expressæ renunciationis penitus excluduntur, & congrua tantum dote & supellectile, etiam legitimam non adæquante contentæ esse debent. Non minus etiam Natu majori prospicitur, si enim hic in hæreditate allodiali concurrit cum fratribus, portionem præcipuam (**einen ehrlichen Manns Vortheil**) prætendere, & deinde tamen cum illis in æquales portiones succedere potest. Ne autem Bona nobilia tam frequenter ad possessores ignobiles devolvantur, emtiones, & acquisitioncs talium Bonorum solum permittit Nobilibus (**welche Edlmanns-Freyheit fähig seynd/ und wir davor erkennen / oder noch künftig erkennen werden**) Sereniſſimus Elector, cum expressa reservatione, si contingeret quod non privilegiatus Bonum nobile sub hasta publica emere, vel Jure Hypothecæ soluto pretio a cæteris creditoribus vindicare necesse haberet, hoc non nisi cum expressa Sereniſſimi concessione & reservato Nobilibus privilegiatis Jure Protymiseos, concedi. Quod deinde a Sereniſſimo Electore Maximiliano Emanuele in Decreto de Anno 1701.

con-

confirmatum & adhuc extenſum legimus. Plurima quidem adhuc occurrunt Nobilium in Bavaria Privilegia, Prærogativæ, Exemtiones, quæ tamen cum antea in immenſum diſperſæ in Patriæ Statutis noviſſimis ad unam collectæ & in ordinem redactæ fuerunt, eas hic breviſſime annotaſſe ſufficiat.

Nobiles, Prælati, & gradu Doctoratus vel Licentiæ in approbata Univerſitate inſigniti, a Juramento Teſtium immunes ſub fide Nobili vel Sacerdotali deponunt (p). Jure ſigillandi & conficiendi Inſtrumenta publica, tam in propriis quam aliorum contractibus gaudent (q). Obærati creditoribus opponunt Beneficium competentiæ (r). Uſumfructum Dotis ſoluto matrimonio retinent ad dies vitæ (s). Uxor Nobilis minus privilegiata nubens, marito privilegiato acquirit capacitatem Privilegiorum (die Edlmanns-Freyheit) quam etiam vidua retinet (t). Vidua Nobilis vidualitium in defectu Pacti prætendit in regula (u). Nitrariis ædes Nobilium intrare, & ibi arphonitrum præparare prohibitum eſt (x). Frumentum Nobilis ad ædes vendere, & fundos emphytevticos ad Manſum dominicum (zum Hof-Bau) trahere poteſt, adeo ut ſimul a Steuris ordinariis, angariis & aliis oneribus plebeiis exem-

ti,

ti, Cataſtro privilegiato (der Ritter-Steur) inſerantur (y). Subditi Hoffmarchiales ſuis Dominis etiam extra operas, pro congrua tamen Mercede famulari tenentur (z). Si emphytevta præter fundum emphytevticum alios agros vel fundos acceſſorie poſſidet, Dominus directus etiam hos fundos ſeparatos retrahere poteſt, ſi eos in poſterum prædio emphytevtico adjicere & incorporare velit (aa). In propria cauſa Nobiles judicare & expellere poſſunt Emphytevtam, ſalvo tamen Jure appellandi vel petendi Commiſſarios (bb). Dominus Hoffmarchialis, qui Manſum dominicum ſubditis ſuis pro annua penſione locavit, nihilominus pro neceſſitate ſua domeſtica equos, vaccas, agnos & ejusmodi animalia alere & in paſcua communia immittere poteſt (cc). Sereniſſimi Bavariæ Principes etiam in Nobiles contra leges publicas peccantes, gratiam & clementiam ſingularem oſtendunt: ſic Nobilitas excuſat a pœna ordinaria probroſa (dd), a Tortura & Confrontatione regulariter ſunt immunes (ee). Sententia criminalis in Nobilem lata ante executionem pro mitigatione vel approbatione transmittitur ad Sereniſſimum (ff). Bona demum Nobilis fugitivi uxori, & liberis uſufructuarii relinquuntur, ne tamen marito, quamdiu vivit, vel minimum præbeatur (gg). Demum conjugii læ-

ſam fidem ipſi vindicare, & uxores ſuas eorum nuptiale contemerantes cognita cauſa, & conſcio ſupremo Juſtitiæ tribunali, caſtellis ſuis incarcerare & luci publicæ ſubtrahere poſſunt.

(a) Erklärte Lands-Freyheit P. 1. Art. 1. „ Es ſollen füran „ Unſere Ambt/ nemlich, Vicdomb - Hofmaiſter - Marſchalk - Kammermaiſter - Kuchenmaiſter - Jägermaiſter-Ambt/ auch die Pfleger Unſer Ort/ und nammhafter Städt/ und Schloß/ mit Dapfern Edlen/ und „ geſchickten LandLeuten/ ſo Bayrn/ oder mit Schloſſen/ „ oder Sitzen im Land zu Bayrn beerbt ſeynd, und nit „ mit Ausländeren fürſehen/ und beſetzen/ und zuvor in „ Unſeren Rat allwegen mehr geſchickt LandLeut von Adl/ „ ſo Bayrn ſeynd, dann Gelehrte haben und ſetzen. Simile etiam ſtatuitur Art. II. de Commiſſario Electorali perpetuo (von dem Renntmaiſter) neue verbeſſerte Hof-Raths-Ordnung de Anno 1750. inter alia hæc continet: mit hinlänglicher Anzahl Hof-Räthen, von Grafen, Herrn, und Adelichen auch gradiert, oder ſonſt Gelehrten, der wahren Catholiſchen Religion zu gethanen Perſonen beſetzen. Quod ſicut ſemper quidem a Sereniſſimis noſtris Principibus obſervatum, nunquam tamen hactenus Lege publica ſancitum fuit, Avitæ in Religionem Pietatis Sereniſſimi Electoris illuſtre nobis præbet Exemplum. Vid. Cod. Jur. Bavar. jud. Cap. 2. §. 1.

(b) In ſuis Semicenturiis: Semicent. II. Controv. I. n. 18. 19. & 20.

(c) Cum voluptate Materia venationis legitur in Not. ad Cod. Max. Th. II. p. 474. Singulariter de Jur. Venandi commentatus eſt Perill. ac Excell. Univerſit. Anglipolitanæ Director & Ser. El. Bavariæ Conſil. Intimus Actual. L. B. de Ickſtatt, quod opus elegantiſſimum poſtea in linguam vernaculam translatum Norimbr. 1749. cum not. recuſum fuit.

(d) In Tractatu Juridico de Hoffmarchiali Jure, von der Hofmarcks-Herrn Nieder-Gerichtbarkeit ec. examinatus fuit hic libellus in Conſilio Electorali Intimo, cujus occaſione Sereniſſimus Elector Carolus Albertus, poſtmodum Glorioſimus Imperator Gratioſiſſime ad Auctorem reſcripſit: wie Wir an deren in Druk Legung/ und Uns geſchehener Dedication einiges Bedencken nit tragen: quod Clementiſſimum Mandatum operi huic ſingularem in Patria affert utilitatem.

(e) In Libro, cui titulus: Praxis aurea, von der Nieder-Gerichtbarkeit, Erb-Gericht / Vogteylichen Obrigkeit/ und Hofmarck-Gericht ꝛc. primus ferme fuit eruditus hic Auctor, qui materiam hanc ad Syſtema aliquod reduxit & feliciſſime illuſtravit. Cæterum pertractavit materiam hanc, wie dieſelbe heutigs Tags in den Kayſerlichen Landen, Chur- und Fürſtenthumen / auch anderen Provincien / und Herrſchafften durch das ganze Römiſche Reich, nicht weniger in verſchiedenen vortreflichen Dicaſterien obſervirt wird. Qua propter neceſſe eſt, ut in uſu practico hujus operis, ſemper ſolicite reſpiciatur ad fontem, cum multa generaliter ſint congeſta, quæ in hac, vel illa Provincia in ſpecie minime procedunt.

(f)

(f) Videatur Clementiſſ. Decret. de dato 4. May 176.
(g) In ſuperiori Bavaria, Præfectura Landſpergenſi; pertinet ad Illuſtriſſimam, & antiquiſſimam Familiam Comitum de Törring Seefeld.
(h) Monaſterium Nobilium Virginum Ord. S. Bernardi ad confluentiam Lyci, & Danubii in Præfectura Rainenſi.
(i) Pertinet ad Illuſtriſſimos Comites de Peruſa.
(k) In Typographia Bavariæ adſcribitur Familiæ de Ziegler.
(l) Pertinet ad Perilluſtrem Familiam Baronum de Schmid.
(m) Similiter pertinet ad Perill. D. Barones de Schmid.
(n) In extenſo pertractatur Jus braxandi in Not. ad Cod. Maxim. P. II. p. 750.
(o) In Diſputatione Juridica de Remediis conſervandæ Nobilitatis Bavaricæ.
(p) Cod. Jud. C. 10. §. 14. n. 4.
(q) Cod. Jud. C. 20. §. 9.
(r) Cod. Jud. C. 18. §. 10.
(s) Quod etiam ad omnes Juris ſigillandi capaces extenditur Cod. Maxim. Civ. P. 1. C. 5. §. 5.
(t) Decret. Elector. Anno 1648. §. 8. & 9.
(u) L. B. de Schmid Stat. Bav. T. 1. Art. 1. n. 147.
(x) Notæ ad Cod. Max. P. 2: p. 393.
(y) Contrarium tenet de Chlingenſperg in Jure Hoffmarchiali, ſed certe ſine ratione: ex Statut. Bavar. tit. 22. Art. 4. ipſus advertit, Sereniſſimum Legislatorem tenore hujus Privilegii eo reſpexiſſe, ut Dominus Hoffmarchialis, ſi nullum Manſum habeat, vel

ſaltem non amplum, ſed paucis fundis conſiſtentem, neceſſitati domeſticæ ſuccurrere, & Prædium forſan Emphyteuticum, vel precarium ante reluitione facta comparare, & ſic familiam ſuam eo facilius alere poſſit. Qualem autem utilitatem vel commodum ex tali Prædio perciperet Nobilis, ſi operarios ſolvere, Steuram communem præſtare teneretur? deinde fatetur Clariſſimus Author C. 15. n. 12. quod ſubditi Manſum dominicum tali modo ampliatum nihilominus operis ſuis arare. colere, & conſervare teneantur, quod paradoxum videtur; ſi enim tales fundi priorem qualitatem retineant ſubditi ad operas nullo Jure tenentur, ſi autem Naturam Manſi dominici induunt, eo ipſo a Steuris ordinariis eximuntur. Quod etiam hodie obſervatur, adeo tamen, ut certa quantitas Fundorum ad Manſum dominicum pertinentium ſit præſcripta, ne nempe Nobiles lucro fortaſſis plus juſto inhiantes ruſticellos ſuos omnes expellere, & ſic Patriam incolis orbare præſumerent. Videantur die Steur = Inſtructiones.

(z) Land = Recht tit. 25. Art. 9.
(aa) Land = Recht Art. 19. t. 21.
(bb) Land = Recht tit. 21. Art. 17.
(cc) Land = Recht tit. 26. Art. 10.
(dd) Cod. Crimin. P. 1. C. 1. §. 25.
(ee) Cod. Crim. P. 2. C. 8. §. 4. & C. 9. §. 2.
(ff) P. 2. C. 10. §. 15.
gg) L. c. §. 21.

OB-

OBSERVATIO IV.

Da Privilegiis Prælatorum, Monasterio-rum, Civitatum & Oppidorum.

PRælati, Abbates, Abbatissæ & Præpositi, nec non Civitates municipales, & oppida minora (**Pann: Märckt**) ulteriorem Statuum privilegiatorum constituunt ordinem. Monasteria commode dividuntur in privilegiata (**welche den Prælaten Stand zu gethan seynd**) & in minus privilegiata. Monasteria privilegiata maximam in partem vel ipsi Principes terræ, vel alii in Bavaria potentes Domini, fundarunt & Bonis immobilibus, Prædiis, Hoffmarchiis, & Subditis, regia non raro munificentia dotarunt: Monasteria ista, sicut a suo primordio nota Nobilitatis germanicæ characteristica, Jure nempe herili in subditos fuerunt prædiți, Nobilium Jura antiquissimis temporibus sibi vindicarunt. Altera Monasteriorum classis, a Serenissimis Principibus vel aliis Benefactoribus fundata, potissimum in Civitatibus & Oppidis diversam Fundationis, vel Instituti rationem prosequitur, adeo tamen, ut Jure Nobilium non fruatur, quam in quantum singula hujus Classis Monasteria speciali Privilegio vel Concessio-

ceſſione a Sereniſſimis terræ Principibus fuerint beata. Civitates ſunt vel municipales & majores, vel minores ſeu oppida, (Pann-Märckt) quæ etiam certa ratione de Privilegiis Nobilium participant, & privilegiatum in Bavaria conſtituunt Statum.

Primum, ac potiſſimum Prælatorum, & Civitatum Privilegium eſt, quod Statum provincialem privilegiatum (einen gefreyten Lands-Stand) & quidem Prælati ob Eccleſiaſticam Dignitatem, & Majorum noſtrorum in avitam Religionem Pietatem primum, Civitates, & Oppida vero in ordine tertium conſtituant. Etiamſi uſus hujus Privilegii ſit antiquiſſimus, ſicut Leges Bajuvvaricæ, Capitulare Caroli M. & alia antiquitatis Monumenta teſtantur, veram tamen, & ſtabilem formam Commitia provincialia debent unioni Statuum Monachii in Anno 1514. in Profeſto Purificationis B. V. Mariæ initæ, ubi inter alia ſancitum legimus: „ das der „ Ausſchuß / ſo von gemeiner Landſchaft jezt hie aus „ allen Ständen erküſt iſt / ihr jeder inſonderheit ihr „ Inſigl an dieſen Brief henken ſoll / und die anderen / „ ſo auſſerhalb dem Ausſchuß ſeynd / von den ſoll ein „ jeder ein Beybrief gemeiner Landſchafft unter ſeinem „ anhangenden Inſigl dem Verordneten aus der Land-

„ ſchafft

„schafft unter seinen anhangenden Insigl den Verord-
„neten aus der Landschafft zustellen. Et post inter-
„vallum: Wer aber der wäre / der solchen Brief in
„obgesezter Zeit besteglet/ dem Befelch-Haberen nit
„überantworten wird oder wolt / oder uns den Stän-
„den sammentlich oder sonderlich / so auf die Erfor-
„derung nicht behülflich oder beständig seyn wolten/
„über desselben Landsässen Land und Gut sol und
„mag sein Herrschafft-= wohl richten/ und der sol der
„obgemelten Gnad / Freyheiten / und Briefen in kein
„Weiß genüssen / auch der oder seine Erben fürohin
„in kein Landschafft zugelassen werden. Ad honorem Universitatis nostræ Electoralis annotamus, Litteras has Unionis, quæ in ordine quinquagesimæ communiter dicuntur, a Nobili Equite **Egidio de Minchau** Jurium Professore, Sigillo suo fuisse corroboratas, ad evidens testimonium, quod perantiqua, semper Catholica Electoralis Universitatis **Anglipolitana**, cui consensu Pontificio, & cura Sereniſſimi Fundatoris **Ludovici** Cognomine Divitis Ducis Bavariæ, Monasterium S. Augustini in **Schamhaupten** fuit incorporatum, jam prima sua fundatione in Patria nostra Nobilium Prærogativis, & Honoribus fuerit ornata. Ad tenorem

hujus

hujus unionis quot annis ſtatutis temporibus electi ex Statu Eccleſiaſtico, Nobilium, & Civitatum in Aula Principis convenire, de rebus communis Patriæ invicem communicare, conſulere, formare Statum publicum, Collectiones & Contributiones tam ordinarias, quam gratuitas regulare & determinare ſolent. Singulari Status Eccleſiaſtici Privilegia quod attinet, occurrit.

Primum in Exemtione a Jurisdictione ordinaria; circa hoc notamus, in Patria noſtra antiquiſſimo Jure & Reſervato, Principes Terræ & illorum Dicaſteria, in omnibus actionibus realibus, & perſonalibus, Bona tamen temporanea Status Eccleſiaſtici concernentibus judicare, & Jurisdictionem exercere, hac tamen differentia, ut Abbates, Abbatiſſæ, Prælati & Præpoſiti, qui Statum privilegiatum Eccleſiaſticum conſtituunt, & illa Monaſteria, quæ gratiam hanc ſingulariter obtinuerunt, coram ſolis Principis Dicaſteriis poſſint conveniri; cum econtra alii Clerici, vel etiam Conventus & Monaſteria, quæ ad Statum Eccleſiaſticum (zum Prælaten-Stand) non pertinent, ſi Bona immobilia poſſident, ab ordinaria Jurisdictione non ſint exemti; ubi ulterius notandum, quod, cum aliqui ſcrupuloſiores Terminum Actionis perſonalis, ſeu, ut in Diplo-

mate

mate germanice ſonat, **um perſöhnliche Sprüche/** Statui Eccleſiaſtico & Immunitati perniciosum allegarent, in Præfatione ad declarationem **der Lands-Freyheit/** per Sereniſſimum Legislatorem fuit declaratum, quot terminus: **perſöhnlicher Spruch:** Perſonas Prælatorum, Abbatum vel Clericorum minime debeat concernere, ſed tantum illorum Bona, prout verba ita ſe habent: „ danebens iſt auch „ferner zu mercken / nachdem in dem 7. Articul erſten „Theils dieſer Lands-Freyheit Erklährung die Wort: „**perſöhnliche Sprüch** gleichwohl / ohn das jeder„zeit allein von den perſöhnlichen Sprüchen / welche „Guet und Gelt / und nicht des Prælaten aigne Per„ſohn betreffend / verſtanden worden / das mann ſolches „in dieſer Vorred allen ungleichen Verſtand zu vermei„den / und das es fürtershin auch keine andere Mai„nung haben ſolle / vermelden wollen.

Secundum Status Eccleſiaſtici Privilegium eſt Jurisdictio baſſa, quam in omnibus ſuis Pagis, Hoffmarchiis, Ditionibus, vel etiam Oppidis non privilegiatis tam in Subditos, quam Peregrinos more Nobilium exercent: Obſervamus hic, quod ſicut teſte Illuſtri **Senkenbergio** (a) in tota Germania Jurisdictio ſeu Poteſtas in Subditos, in Jus Dominii;

eigen Gerichte/ & Jus Imperii, hohe Obrigkeit; fuerit diviſa, ſic etiam antiquiſſimæ hujus obſervantiæ in Patria noſtra indubia deprehendimus veſtigia. Jus Dominii proprietatis eſt pediſſequa, ſicut enim neceſſarium omnino eſt, ut rei propriæ curam & cuſtodiam adhibeamus, ſic eadem neceſſitate Status herilis ſubditorum ſuorum Operas, Servitia, Agriculturam, Connubia, Servitutes, Oeconomiam, & alia Jura obſervare, tueri & determinare debet, cum utpote in defectu hujus poteſtatis, proprietas hominum, & fundorum prorſus inutilis, vel ſaltem parum proficua redderetur: ad peregrinos ſe non extendit ſpecies hæc Jurisdictionis baſſæ poteſtas enim in peregrinos indubie ad Jus Imperii ſpectabat. Ne Obſervatio noſtra temeritatis arguatur, ad finem ſubjungimus Diploma aliquod Jurisdictionis baſſæ ſeu inferioris, quod etiamſi originale peſſime conſervatum nec Annum nec Diem contineat, ex aliis circumſtantiis ad Medietatem Sæculi XIII. referimus: indubie conſtat ex hoc Inſtrumento publico, quod Abbatiſſa in Pago N. Jurisdictionem in Subditos, Ducalis officialis vero, qui ſemper der Richter/ dicitur in eodem Pago, in cauſis reſervatis, vel in Perſonas Monaſterio non ſubjectas exercuerit. Privilegium Albertinum adeoque revera ſolum eſt, quod Monaſteriis privilegiatis Jurisdictionem

nem illimitatam in ſuis Prædiis & Hoffmarchiis concedit. Univerſitas noſtra Anglipolitana Sereniſſimorum Fundatorum & Principum Bavariæ Clementiæ, ſicut omnia, ſic etiam ſpecialem debet Jurisdictionis Prærogativam; Conſilium uti vocatur plenum, ſeu Senatus Academicus omnem exercet Jurisdictionem tam civilem, quam criminalem in Profeſſores, Studioſos, Notarium ſeu Univerſitatis Actuarium, Archivarium, Bibliothecarium, Exercitiorum Magiſtros, Repititores publicos, Pedellos, nec non cives Academicos, Pharmacopæum, Bibliopolam, Bibliopegos, Typographum, Pictorem & aliquos hoſpites, quos Koſthalter vocamus, illorumque uxores, liberos & Domeſticos, adeo tamen, ut Sedes Jurisdictionis ultra limites Civitatis Ingolſtadienſis ſe non extendat, quapropter Conſilium Academicum in cauſis relegationis perpetuæ ex tota Bavaria, Dicaſterium Conſilii Aulici Monacenſis pro approbatione implorare ſolet.

Forma Judicii Academici hæc eſt: cauſæ majoris Momenti, utpote Jura Electoralis fundationis, Præſentationes & Nominationes ad Benficia, & Parochias, Modum docendi, vel Famam, Vitam concernentes, ſtatim proponuntur in Conſilio ple-

no, ubi quilibet Profeſſorum actualiter docentium tam Eccleſiaſtici, quam Sæcularis Ordinis liberum habet Suffragium, niſi propter Status fortaſſis Rationem a votando in Criminalibus abſtinere velit: Pluralitas votorum moraliter talis, nempe ad Ductum Juris Bavarici (b), in Dubio facit Effatum. Cauſæ civiles Jus Subditorum Academicorum privatum concernentes, in prima Inſtantia dijudicantur a Rectore, Pro-Cancellario, & quatuor Decanis Facultatum Theologicæ, Juridicæ, Medicæ & Philoſophicæ: ubi Decanus Juridicus Votum informativum, Rector in paritate Votorum Deciſivum habet. A Conſilio Decanico provocatur ad Senatum Academicum ſeu Conſilium plenum, ab hoc vero demum in ultima Inſtantia ad Supremum Judicium Electorale Reviſorii Monachio, quod Sententiam decretoriam pronunciare & Acta pro Executione ad Senatum Academicum remittere ſolet. Circa Jurisdictionem Criminalem adhuc eſt ſingulare, quod Magiſtratus civicus ad repetitas Clementiſſimas Ordinationes Senatui Academico Carceres ſuos, vigiles, lictores, carnificem, nec non Inſtrumenta ad detentionem, capturam, torturam, vel executionem reorum neceſſaria concedere debeat, ut delinquentes eo facilius inveſtigari, & pœna debita affici poſſint.

Etiamſi

Etiamsi vero Status Ecclesiasticus privilegiatus Jure Nobilium, **der Edlmanns-Freyheit** / & consequenter Jurisdictione in Prædiis separatis non gaudeat, singulare tamen est.

Tertium in nostra serie Privilegium, vi cujus subditos suos prædiorum in Ditione Domini territorialis sitorum pro residuo Canone tam frumentario quam culinario, **Kuchen Dienst** pignerari, vel frumentum per suos triturare & retinere possint; Serenissimus Elector in gratiosissimo Decreto de 28. Febr. 1752. declarat: „ **bleibet es bey dem „alt hergebrachten** Privilegio, **krafft dessen unter an„deren auch die geistliche Land-Stände ihre Grund„Unterhanen in Unserem Land- und Pfleg-Gerich„ten** (massen sich solches auf die **Hof-Marcken „ohnehin niemahl** extendiret hat) **um die grund„herrliche Forderung entweder durch eigene / oder „andere hierzu bestellte Personen / Amt-Leute / o„der Frohn-Boten auspfänden / und zwar wo es „um ein** in quanto & quali liquid **und richtige „Grund-Gilt zu thun ist / das Getrayd eigen„mächtiger Weiß ausdreschen / abmessen / und in der „nemlichen** Quantität **ohne Hindernuß abführen las„sen mögen.** Ratione annuæ Archationis **Stifft-Geld** / Sportularum, Laudemii, & aliorum Ju-

rium,

rium, so guts Recht betreffen/ statuit Sereniſſimus Princeps, quod Pignora etiam capi, ad Præfecturam tamen, zum Land-Gericht pro ſummaria cauſæ Inquiſitione, & Executione extradi debeant, cum declaratione „ das dieſes Privilegium nur je„nen von der Geiſtlichkeit zu Guten kommet/ welche „zugleich würkliche Land-Stände ſeynd/ ſo haben ſich „deſſen weder Pfarrer/ noch Beneficiaten/ weß „Stands und Würde ſie ihrer Perſohn halber im„mer ſeyn mögen/ bey denen zu ihrer Pfarr/ oder „Pfründ gehörigen Unterthanen/ und eben ſo we„nig die Gotts-Häuſer/ Bruderſchafften und Spi„täler/ dann Hoch- und andere Stifter/ oder Dom„Capituln/ ſo fern ſie ſich als Land-Stände wirck„lich immatriculiret/ und von Uns dafur erkennet „ſeynd/ einiger maſſen zu erfreuen.

Quartum eſt Jus Hoffmarchiale: fruuntur hoc Jure Statui Eccleſiaſtico addicti plenario cum Nobilibus Jure, adeo, ut præter Jurisdictionem Emolumenta hujus Juris ſingularia Operarum, Juris braxandi, & aliarum Servitutum libere percipiant: eodem modo ſe habet.

Quintum Venationis Privilegium, quod Status Eccleſiaſticus cum Nobilibus in tantum habet commune,

mune, ut in Hoffmarchiis clauſis intra limites, in Hoffmarchiis vero non clauſis in omnibus fundis, Agris, Campis, Sylvis, qui nempe cum Jurisdictione ad Hoffmarchiam pertinent, Venationem minorem, & Aucupium exercere queant. Multis quidem adhuc Privilegiis & Exemtionibus prædítus eſt Status Eccleſiaſticus in Bavaria, quæ vero, cum partim cum Nobilibus Hoffmarchiarum Dominis ſint communia, ſicut Jus ſigillandi &c. partim ſpecialia Monaſteriorum Jura, vel Prærogativas concernunt, ſingulariter enumerandi locum hic ſibi non depoſcunt.

Civitates in Patria ſunt vel Capitales, **Haupt-Städte** / utpote Monachium, Landishutum, Straubinga, Burghuſium & Ingolſtadium, quibus etiam annumeratur Amberga in ſuperiori Palatinatu, vel ſunt minores, quorum in Superiori & inferiori Bavaria, nec non in Palatinatu ſuperiori quadraginta quinque numeramus, nec non Oppida, **Pann-Märckte.** Generaliter circa Privilegia Civitatum præmittendum, quod Civitates, & Oppida in inferiori & ſuperiori Bavaria quidem tertium Statuum Provincialium conſtituant ordinem, adeo, ut ad Comitia generalia, **zu einem allgemeinem Land-Tag** / omnes convocari, & per ſuos Delegatos com-

parere debeant: circa uſum Privilegiorum vero plurimum inter ſe differunt, quapropter in actionibus præjudicialibus Statum, vel tenorem alicujus Privilegii argumentatio ab una ad aliam Civitatem, etiamſi in Ordine parem minime procedit, ſed quælibet Civitas & Oppidum, Privilegia ſua ſpecialiter edere, vel ſaltem legitimam Præſcriptionem docere tenetur. Cauſæ politicæ, die Policey / ad quas genuinus uſus, & conſervatio Privilegiorum primario ſpectat, in Patria noſtra concreditæ ſunt Conſilio Aulico Monacenſi & Regiminum, Landishutano, Straubingenſi & Burghuſiano; cum hac tamen differentia, quod Civitates Capitales Haupt-Städte in cauſis politicis ipſis Dicaſteriis, & quidem in Regula ſine ulteriori appellatione, ſint ſubordinatæ; Civitates vero minores, & Oppida Commiſſario Electorali perpetuo, dem Churfürſtl. Rent-Meiſter / ſint ſubjecti, qui in quolibet regimine ex Nobilitate Bavarica conſtituitur, & ſingulis trienniis Diſtrictum ſuum perequitare, & Civitatum, & Oppidorum cauſas politicas inſtruere, Magiſtratus confirmare, Ratiocinia diſquirere & in Uſum, vel Abuſum Privilegiorum inquirere ſolet: & in hoc conſiſtit differentia inter Civitates capitales, & minores, welche dem Rentmeiſteriſchen Umritt unterworffen ſeynd: Oppida, die Pann-Märcke / elegantia,

&

& numero civiúm Civitatibus ſæpius paria, ſunt Pagi majores, qui muris, & portis non cinguntur, certos Limites, den Burgfried / & alia Civitatum Jura habent. Adumbratione hac facta Privilegia Civitatum ſaltem ſpecialia conſideremus.

Primum & potiſſimum eſt Jurisdictio in Cives, Incolas & Peregrinos; varius quidem hujus Privilegii eſt uſus Civitatibus Patriæ; aliquæ enim, ſicut potiſſimum Capitales, omni Jurisdictione, etiam criminali gaudent, cum econtra minores Civitates, & Oppida magis reſtringuntur, adeo ut in pluribus locis Præfecti Electorales nomine Sereniſſimi reſervatam aliquam exerceant Jurisdictionem. Inſpectio ſuperior in cauſas politicas, nec non Jus Haſtæ publicæ, der offentlichen Gant / in regula pertinet ad Sereniſſimum & ejus Dicaſteria & Officiales, uſus vero contrarius per ſpecialem exemtionem demonſtrari debet.

Secundum eſt, quod cives in Civitatibus & Oppidis Conſules, Conſiliarios, Officiales, Syndicos, Verbo Magiſtratum civium conſtituere, & ex Convivium numero eligere queant, qui deinde per Dicaſteria Electoralia, eorumque deputatos Com-

missarios præstito Juramento confirmantur & investiuntur.

Tertio sicut in regula Civitates Artifices, Mercatores & Opifices, Pagi vero agricultores, & rusticos alere soleant, sic etiam Magistratus civici Collegia opificum formare, Tribunos constituere, Oeconomiam communis Bursæ, & Expensas moderari, der Laden/ oder des Zech-Schreins/ & manufacturam regulare tenentur.

Quarto invigilare securitati publicæ etiam pertinet ad Magistratus civicos, quapropter Claves Portarum communiter illorum fidei committuntur, Cives armis instructi sub Vexillis suis in foro comparent, Excubias armatas, & Vigiles cum hasta, vel telo per plateas & ad portas Civitatum distribuunt, salvo tamen semper Jure Præsidii, solo Domino territoriali competente.

Quinto hinc Civitates in Bavaria etiam gaudent Privilegio Armamentarium instituendi, ut Tormenta bellica, Anguiculos, Doppelhacken / Sclopeta, Hastas, gladios, & omnis Generis Instrumenta bellica conservare, & tempore necessitatis civibus distribuere possint.

Sexto

Sexto possunt etiam erigere Domos jaculatorias privilegiatas Schüß-Hütten / ut Cives præter honestam recreationem sclopo pulveris nitrati assuescant, ne in certamine serio explosionem pertimescant, Feuerscheuhe / quod maxime est probrosum.

Septimo Collectas publicas Magistratus civicus Civibus suis pro bonorum, vel etiam artis, vel opificii ratione imponit, adeo, ut ad communem Steurarum Collectionem, zum Stand-Steur-Amt / determinatam tantum summam, quæ Komposition dicitur, solvere, residuas vero pecunias ad necessitatem publicam expendere possint.

Octavo præter Redditus Cameræ, quos ex bonis ad Civitatem spectantibus percipiunt, speciale habent Privilegium, ut a Peregrinis, qui Civitate donantur, vel ad Jus Civium recipiuntur, certas pecunias exigere, & ærario publico applicare possint.

Nono quo etiam pertinet Vectigal itinerarium, der Weeg-Zoll / quod ab omnibus Peregrinis, qui curru & Equis merces ad civitates asportare, &

ibi vendere, vel emtas avehere volunt, pendere debent, ut neceſſarii ſumptus ad munditiem plateorum conſervandam, & ſtructuram ædificiorum publicorum inde ſuppeditentur.

Decimo Venatione quidem in aliquibus locis gaudent Cives potiſſimum Nobiles, Patritii in Patria noſtra, cum tamen hæc & alia Privilegia magis ad ſpecialem Civitatum prærogativam pertineant, quorum ſufficientem Notitiam non habemus, ulteriori enumeratione merito ſupersedemus (c).

(a) Abhandlung der wichtigen Lehre von der Kayſerlichen höchſten Gerichtbarkeit in Teutſchland §. 1. & ſeq.

(b) Cod. Crimin. P. 2. C. 10. §. 12. Cod. jud. C. 14. §. 6.

(c) Daß ſeynd die Recht, die das Gotts-Haus von N. zu N. und N. hat.

1.) Es ſoll die Abbtißin die zu N. iſt / in dem vier Tägen, als ſich die Faſten anfangt / gehn N. khumen, und da beſtüfften ihre Ambt / ihreu Mayr-Hof / Praiten, Lehen / Cammer-Ambt, Viſch-Lehen / nnd ain Schergen ſetzen, nach ihres Gotts-Haus Leithen Rath / und ander ihrer Umbſäſſen.

2.) Es ſoll auch der Schörg der Ehelichen Täding des Gotts-Haus Leuthen kund thuen von 14. Tägen / und wer das verſaumbt, oder eines Wandels ſchuldig wird, der ſoll daß beſſern / dem Richter mit 12. hl. und nit mehr.

3.)

3.) Es soll auch der Richter die Abbtißin, und ihre Ambt-Leuth, oder ihre Potten, die sie dan sendet, an ihrer statt, und ihre Leuth zu allen Zeit fürderen, bey dem Ersten an allen Geschäfften, und Gerichten, was sie zu klagen haben.

4.) Es soll auch niemand, so des Gotts-Haus Güter Ihnen hat zu lechen, weder verkauffen, noch versezen, verwexlen, noch verkümmeren, noch entwenden gegen niemand nichts, an der Abbtißin Hand, und an ihr Vorwissen, und an Ihre Ambt-Leuth'den sie es empfilcht, geschehe aber es, so soll sie es wider gewünnen, und behaben mit zwaien dem er gewiesen sey, und soll auch der Abbtißin und dem Gotts-Haus ihr Gilt geben, zu vier Zeiten in dem Jahr zu St. Balburgen Tag, zu St. Jacobs Meß, zu St. Michaels Meß, und zu dem Obersten, wär auch das versaumbt, das er sein Gilt, und seinen Zinß nit eingeit, so ist das Gutt von ihme ledig an dem dritten Jahr, und von all seinen Erben, das sie kein Ansprach fürbas mehr darnach haben wögen, und sollen.

5.) Es soll auch der Richter seine Eheliche Geding haben, drey Stund in dem Jahr am Freytag in den vier Tagen, in der Fasten, am nächsten Freytag Balburgis und an dem nächsten Freytag nach Michaelis, und was er an den dreyen Täding zurichten, und zu tädinger. hat, das soll er haben, ohn des Gotts-Haus Leuth Schaden, und was er zu richten hat, daß soll er richten zu N. und des Gotts-Haus Leuthen nicht anderstwo gebieten.

6.) Es soll auch was des Gotts-Haus Leuth zu clagen haben von yberackern an ettherrn umb Holz, oder Wißmath, und was sie sonsten haben zu clagen, am fliessend

send Wunden / und Teuffne / und Nottnunft die Abb. tißin richten / oder ihre Ambt = Leuth, und wo es ihn zu schwer wurdt / daß sollen sie bringen an den Richter.

7.) Es soll auch der Abbtißin Mayr besetzen / und entsetzen / Hürten / Fischlayn, Ohnschayn und all Ainung nach der Umsässen Rath / und wo die Ainung gebrochen werdend, die sollen dem Mayr gebesseret werden / und dem Richter nit.

8.) Es sollen auch in der Pfarr seyn zween Fron Vischer; der soll jeder haben 12. grosse Reiß, und 24. Claine / und sollen die Zain nemmen aus der Gemain / und soll ihnen das Niemand wehren / sie sollen auch ihr Fischweid haben, also fehr N. und N. gemein geet auf / und zu Thall in der Thonau, und was alldach Wasser daselbst bey der Thonau ligend / seint als Fehr der Hagt, und der Armb / die alle Alte / und nur des Gotts = Hans seint, so sollen sie auch in fischen, und soll ihnen das Niemand wöhren / sie sollen auch dienen der Abbtißin, und dem Gotts = Haus zu dreien Zeiten in dem Jahr am Heil. Abent zu Weinachten / am Oster Abent / und am unser Frauen Abent als sie verschiden, und soll jeder Dienst werth seyn 72. hl. und versämmen sie den Dienst / soll man sie pfänden / und sollen die Pfand lesen mit der zwey Gilt, sie sollen auch nit dienen weder mit Herberg noch mit Fuetter, noch mit Hiener / noch mit ichwan zweyen Steuren in dem Jahr nach Gnaden, und sollen dem Richter dienen, je zu den Tättung / jeglich mit vier Pfennwerth Fischen.

9.) Es hassent auch simblich nach, der soll jeglich haben 6. grosse Rissen / und 72. Clein, und sollen auch

ihre

ihre Zeum nemmen in der Gmain, und ſollen ihr Recht empfahen von der Abbtißin/ und ihr jeglicher je zu den Tädungen dienen zwey Pfenwerth Fiſche, und dem Richter zway/ und nit mehr, es ſoll auch die Abbtißin ſetzen einen Schergen, der deß Gotts-Haus ſeye, ob man ihn fündet/ mag aber ſie des nit/ ſo ſoll ſie ainem nemmen nach der Umbſäſſen Rat, wer auch paut deß Gotts-Haus Guet, und ſein Gilt, und ſeinen Zins nit entgebe, noch ſein Steur, ſo ſoll man der Schlaipfen nachfahren, wer das Guet innen hat/ und paut um Gilt/ Zinß und Steur/ doch ſoll zu allen Zeiten die Gilt verfahren, und wo es der Abbtißin, oder ihren zu ſchwer wurde, daß ſollen ſie bringen an den Richter/ und ſoll ihr der Richter darzue helfen an all ihren Schaden.

OBSERVATIO V.

De Prædiis Nobilibus, & illorum genuina æſtimatione.

BOna nobilia in Patria noſtra pro faciliori explicatione ad triplicem reducimus ſpeciem. Ad primam referimus Bona illa majora, ſeu Ditiones, quas Herrſchafften vocamus, utpote quorum Illuſtres Poſſeſſores non ſolum omnigena Jurisdictione, Jure gladii, Banno ferino, ſed & aliis Prærogativis, & Exemtionibus gaudent; Sereniſſimi Domini territoria-

toriales in his Ditionibus ſolum Jus Majeſtaticum & Regalia aliqua territorialia exercent. Exiguus quidem horum bonorum in Bavaria eſt numerus: Illuſtriſſimæ tamen Familiæ antiquiſſimorum in Patria Comitum de Kloſen, & Baronum de Gumpenperg ſingularia hæc Jura ſibi in hunc diem vindicant. Secunda ſpecies, eaque frequentior Hoffmarchias comprehendit, Hoffmarchiæ iterum in duplicem claſſem, Hoffmarchias nempe clauſas & non clauſas abeunt: Hoffmarchia clauſa **eine geſchloſſene Hofmarch** continet præter arcem nobilem, & Manſum dominicum unum vel plures Pagos, nec non Agros, Prata, Fundos, Stagna, Fluvios, Lacus, Sylvas, & Nemora; adeo, ut totus diſtrictus limitibus, vel communiter foſſa, **mit dem Hofmarchs Graben/** a Fundis adjacentibus diſtinguatur: in Hoffmarchia clauſa ſolus Dominus Hoffmarchialis in regula Jurisdictionem baſſam exercet, ſed tamen cum hac a regula exceptione, quod ſi quis Dominus Hoffmarchialis ſit, qui Caſtrum in via publica, **auf einer offentlichen Land-Straß/** vel etiam fluvio publico, Danubio, Oeno, Iſaræ, vel Lyco contiguum poſſideat, in via publica, vel fluvio ſi per Hoffmarchiam tranſit, Sereniſſimo Domino territoriali & ejus Officialibus Jurisdictio competat (a): Hoff-

marchia

marchia non clauſa eſt, quæ quidem ſimiliter Arcem, Manſum dominicum, Subditos, & illorum Agros, & Campos comprehendit, adeo tamen, ut certis limitibus non ſit diſtincta, ſed etiam non raro aliis in ſubditos ſuos in eodem Pago vel Diſtrictu Hoffmarchiali habitantes competat Jurisdictio: ſicut vero Jurisdictio & venatio Zelotypiam pro individuo comite, ac quilibet Dominus Hoffmarchialis voluntatem ſuos terminos conſervandi, & ſæpe etiam amplificandi & extendendi habeat, dubitari non poteſt, quin exinde frequentiſſimæ lites & controverſiæ exoriantur, in materia hac judicia noſtra tam frequenter occupante ſequentes apponimus obſervationes.

Primo ſi Lis, vel Controverſia inter Dominum Hoffmarchialem, & Præfectum vel Officialem aliquem Electoralem finium regundorum cauſa, vel etiam inter duos Nobiles confines oriatur, in Statutis Bavaricis (b) præcipitur: „ Wo zwiſchen Un-
„ſerem Land-Gerichten/ und den Hofmarchen Zwei-
„fel- oder Irrung in den Marchen wären/ darum ſol-
„cher Verbrächen ſich erhüben/ ſo ſoll Unſer Land-
„Richter deſſelben Orths mit ſammt dem Hofmarch-
„Richter darum Kundſchafft annemmen/ und die rech-
„ten March entſcheiden; wurden ſie aber der Hand-

„lung/

„lung / oder Entschids Unains / so sollen Unser Viz-
„domm / und Räthe desselben Orths / oder wo solches
„kein Vizdomm betraff / Unser Hofmeister / und Rä-
„the darum zusprechen / und zu erkennen haben; wann
„aber der Lands-Gericht Grund / und ein Hofmarch
„Grund / oder zweyer Hofmarch-Gründ aneinander
„stössen / und ein Nachbauer den andern in obbeschri-
„ben Sachen yberführ / wo sich alsdann derselben Ir-
„rung die zween Richter jedes theils mit einander nit
„vergleichen wolten oder möchten / so sollen wir / oder
„Unser Vizdomm / oder Hof-Richter über dieselben
„Spänn / und Gründ ihnen einen Richter schaffen;
„wurde aber derselben Grund einer gar / oder eines
„theils ansprüchig / darum soll Unser Land-Richter
„richten. Ultimum casum eo referimus, si subditus Hoffmarchialis cum subdito Præfecturæ Electoralis super proprietate Fundi Hoffmarchiæ contermino litiget, causæ dijudicatio quidem pertinet ad Præfectum Electoralem, in Fundo vero, subdito Hoffmarchiali adjudicato, Dominus Hoffmarchialis indubie acquiret Jurisdictionem, quod etiam procedit, etiamsi Fundus hic litigiosus sit Emphytevticarius, consequenter cum Dominio directo ad Dominum Hoffmarchialem pertinens: quod si vero Fundus Jure plenario pertineret ad Dominum Hoffmarchialem, & controversia super proprietate esset

inter Dominum Hoffmarchialem & ſubditum aliquem Præfecturæ Electoralis, nulli dubitamus, quin regulæ generali, quod actor ſequatur Forum rei, locus relinqui deberet.

Secundo Jurisdictio in Hoffmarchia non clauſa Domino Hoffmarchiali non tantum in ipſo Pago intra Septa, innerhalb den Ettern / ſed etiam in omnibus Agris, Pratis, Fundis, Sylvis, & Nemoribus vel ad Manſum dominicum, vel ſubditos Hoffmarchiales pertinentes competit, etiamſi fortaſſe Dominium directum ad Monaſteria, vel alios Nobiles pertineat, dummodo vel ex Privilegio, titulo acquirendi, vel poſſeſſione oſtendi poſſit, Fundos fere ad Hoffmarchiam pertinere; ſimile obtinet.

Tertio circa Fundos, & ſæpiſſime Sylvas, & Nemora, quæ ab Arce nobili, vel Pago aliquantum diſtant, & communiter Pertinentiæ dicuntur: ubi in Clementiſſima Declaratione de dato 1. May 1641. §. 11. ſancitum legimus: „ und ſeytmahlen fürs eilfte „es mit denen Hofmarchs Pertinentien / und Zugehör „gar ungleich hergehet / ſolche Wort in widerwärtigen „Verſtand gezogen / und daher gar viel einſchichtige „Gütter / welche zu den Hofmarchen erkauft / und nur „Gelegenheit wegen darzu genoſſen werden / für rechte /

„und solche Pertinentien und Zugehör/ als wann sie „den Hofmarchen einverleibt weren / wollen gehalten „werden/ dardurch dan diejenige/ welche sonsten der „Edlmanns-Freyheit auf ihren ainschichtigen Güttern „nicht fähig / unter diesen Prætext, und Vorwand/ „als wann rechte Pertinentien / ein- und zugehören/ „zu den Hofmärchen / oder Sitzen wären / die Nieder- „Gerichtbarkeit an sich ziechen wollen / da doch solche „Gütter durchaus nicht für rechte Pertinentien / und „zugehören / sondern nur für abgesönderte Gütter zu- „halten/ als soll den Innhabern solcher ausser der Hof- „marchen gelegenen ainschichtigen / und für Pertinen- „tien angebnen Güttern / wann sie nit sonst der Edl- „manns-Freyheit fähig / kein Jurisdiction, oder Nie- „der-Gerichtbarkeit darauf verstattet werden/ sie kön- „ten dann rechtmäßigen / und ausführlichen Beweiß/ „und Anzeig thun / das es rechte Formal pertinentiæ, „Ein- und Zugehör/ und den Hofmarchen einverleibt „seyn / soll ihnen ein solches zuthun bevorstehen ꝛc.

Sedes demum nobiles, Edel-Sitz/ sunt domus Nobilium in Pagis, vel etiam Oppidis casa rustica majores, & non raro Castellis similes, ubi Nobiles una cum Familia, uxore, liberis, Famulis, Famulabusque habitare, & liberiori aura frui queant: Domus hæ nobiles confundi non debent cum Prædiis

illis

illis ſeparatis, in quibus Nobiles Privilegiati Jurisdictione ex Privilegio der Edlmanns-Freyheit gaudent, & quas etiam, ſi volunt ad habitationem ſuam aptare poſſunt: Nota characteriſtica ſedis nobilis eſt, ſi pro tali in Catalogo, qui die Land-Tafel dicitur, & in Electorali Archivio aſſervatur, inſcriptam eſſe oſtendi poteſt: quilibet Jurisdictionis alias capax ejusmodi ſedes nobiles acquirere, & ibi Jurisdictionem exercere poteſt, cum econtra in Prædiis ſeparatis ſoli Nobiles privilegiati hac Prærogativa fruantur: in Prædiis ſeparatis Jurisdictionis exercitium ſe extendit ad omnes Agros & Fundos ad Prædium pertinentes, cum econtra in ſede Nobili tantum intra Domus, & ædificiorum eo pertinentium, Horti, Horrei & ſtabuli, limites ad aliquos paſſus, ſo weit das Tach-Tropf gehet / exerceri poſſit.

Adumbratis ſpeciebus Bonorum Nobilium in Patria noſtra ſupereſt, ut etiam de illorum æſtimatione & genuino pretio aliqua in medium proferamus, quod ſcopo noſtro eo conformius judicamus, quo major illius in Foro eſt neceſſitas, cum Juris Candidatus non unam habebit occaſionem in ſeparatione allodii a Feudo, vel FideiCommiſſo, dijudicandis permutationibus, venditionibus, vel lo-

catio-

cationibus, ad genuinum Bonorum Nobilium pretium indagare.

Non ignoramus equidem, quod verſatiſſimus in Materia ſubſtracta Author Anton Wilhelm Ertl Tractatui de Praxi aurea ad finem Partis ſecundæ Delineationem æſtimationis Bonorum Nobilium annexaverit, cum tamen multa adhuc deſideranda reliquerit, etiam noſtras hanc in rem animadverſiones perlegere omnino inutile non erit.

Primo Fundamentum æſtimationis Bonorum nobilium conſiſtit in genuina computatione annuorum redituum ad ſummam Capitalem; varius hic locorum, & Provinciarum eſt uſus: Reditus hi annui dividuntur in *certos*, & *incertos*. *Certi* ſaltem moraliter tales, conſiſtunt in annua ſubditorum Archatione, Stift / Canone frumentario, & culinario, Laudemiis &c. *incerti* vero ſunt, qui ex Jure venandi, piſcandi, ſigillandi, roboriæ &c. percipiuntur: priores majorem, poſteriores vero minorem recipiunt æſtimationem; generalia, quæ Bonorum Nobilium pretium augent, ſunt Jura ſingularia, E. g. Venationis in animalia majora, Banni criminalis, braxandi, & vendendi cereviſiam, ſitus amænus & commodus, utpote ſi civitati contigua facilita-

tem

tem præbent fructus naturales & induſtriales carius, & citius vendendi, terræ frugalitas &c. Jus Patronatus ad Parochiam vel Beneficium Eccleſiaſticum, Sacellum domeſticum cum ſuis Paramentis & Ornamentis, nec non Advocatia in Eccleſias, & Eccleſiarum bona temporalia in Patria noſtra nunquam trahuntur ad æſtimationis computum, interim tamen ſplendori, Boni nobilis multum attribuunt. Æſtimatio econtra minuitur, ſi multi fundi fortaſſis ſunt feudales, vel aliis ſervitutibus obnoxii, ſi valde ſunt ſteriles, ſi Hoffmarchiæ non ſunt clauſæ, ſed aliis etiam Jurisdictio intra illius limites competit, ſi controverſiis cum adjacentibus, vel Fluminum vel Fluviorum rapiditati, & inundationi ſunt expoſitæ &c. Cunctis his bene conſideratis debet fieri æſtimatio: in Patria noſtra communiter pro tribus florenis certis annuis reditibus, & pro quinque incertis ſolvuntur centum floreni; ipſi aliquando vidimus, quod in vicina Suevia in venditione alicujus Boni nobilis (cujus Poſſeſſor præter alia Jura voti curiati in Commitiis Imperialibus eſt particeps) duo & dimidius florenus centum fuerit redemptus, adeo, ut Illuſtris Poſſeſſor, ſi omnia proſpere fluant, a Capitali ad trecenta millia florenorum non plus,

quam ſeptem millia, & quingentos florenos annuatim ſperare poſſit.

Secundo Agri, Campi & Prata, quæ ad Manſum dominicum ſpectant, communiter æſtimantur ſecundum fructus, quæ quot annis circiter percipi & vendi poſſunt: quod modus hic taxandi maxime ſit incertus, cuilibet facillime patebit, qui unico tantum anno periculum facere, & utilitatem ab expenſis deducere velit: eandem cum ruſtico utilitatem nunquam percipiet Nobilis agrorum Dominus, cum ruſticus ſuis, & ſuorum manibus agros colere ſoleat, Dominus Nobilis econtra multos operarios, famulos, & famulas proprio magis, quam ſui Domini bono invigilantes alere, & veritatem proverbii ſæpiſſime experiri debeat: **was der Pflug gewint / verzöhrt das Geſind**: accedit, quod ſitus locorum, frugalitas terræ, vicinitas fluviorum in pretio agrorum haud exiguam afferant differentiam, ut adeo magis conſultum eſſe ſemper exiſtimemus, ſi agri & prata ad Manſum dominicum ſpectantes ſecundum conſultum locorum, in quibus ſitæ ſunt, pretium æſtimentur, cum præſertim ruſticelli pagis ſuis toto vitæ tempore inhærere, & omnes tam In- quam Decrementa accurate obſervare ſoleant. Decimarum, ſi a Manſo dominico

nico pendi debent, in tantum ſolet haberi ratio, ut decima pars ab æſtimatione detrahatur.

Tertio. Eadem ratio obtinet in taxatione ſylvarum & nemorum, quorum fructus maxime ſunt incerti: maxima in æſtimatione ſylvarum intercedit differentia; alia enim eſt denſa & per multos annos incidua, alia autem tenuis vel viridicans; alia glandaria, alia, quæ tantum pinos producit, alia opaca & aquatilis, alia vero frugifera, quæ animalibus pabulum præbet, deinde in aliquibus locis ligna in magno ſunt pretio, ut non ſine difficultate comparari, pro multis vero pecuniis vendi poſſint; alibi vero vix non nihili æſtimantur: optimam horum omnium experientiam habent locorum incolæ, ut adeo communis æſtimatio ſecuram indubie taxandi præbebit methodum.

Quarto in computatione conſueti Laudemii breviſſima eſt via, ſi æſtimatio prædiorum, quæ ex Protocollo facile haberi poteſt, in unam ſummam redigitur, ubi deinde ſumma ad laudemium aſſignata ulterius in triginta, dividitur, pars vero trigeſima reſidua annuis certis reditibus annumeretur.

Quinto Canon annuus, qui ex locato Jure piſcandi in ſtagnis vel fluminibus percipitur, pertinet ad annuos reditus incertos; pecuniæ vero, quas Molitores ex molendino, Caupones ex taberna vel caupona ſolvere tenentur, numeramus ad reditus certos.

Sexto. Oviaria, ſeu Jus certum numerum ovium in agris vel pratis alienis paſcere in ſe boni nobilis utilitatem quidem non parum auget, cum tamen in Patria noſtra potiori anni tempore in ſtabulis propriis ſumptibus & fœno ali debeant, ſummam æſtimationis eo minus augebunt, cum prata, & campi neceſſarium fœnum reddentes in computo jam contineantur.

Septimo. Quod etiam intuitu laterariæ, Ziegl oder Kalk = Oefen ſentimus.

Octavo. Jus braxandi, & vendendi cereviſiam ad præcipua Bonorum nobilium pertinet Emolumenta: Cum Perilluſtri, ac Excellentiſſimo Authore Juris Bavarici noviſſimi, Perilluſtri L. B. de Kraitmayr Ser. El. a Conferenciis Intimis Cancellario & Summo in Patria Feudorum Præpoſito (c) indubii quidem ſumus, quod Jus hoc a Nobilitate Bava-

Bavarica ſemel legitime acquiſitum in totum revocari non poſſit, interim tamen quoad æſtimationem multa adhuc manent ambigua. Hoc ſaltem certum eſt, quod Jus braxandi, ſicut magna ex parte a peritia & diligentia zythopetæ & ejus famulorum, frugalitate, bonitate, & virtute hordei & lupuli dependeat; inſuper etiam tanquam commercium a regulis politicis dependens crebris mutationibus ſit obnoxium, eandem cum certis annuis reditibus taxationem minime recipiat: Nos omnium conſultiſſimum, & ſecuriſſimum judicamus, ſi tantum ædificia, vaſa cuprea, & lignea, nec non cella cereviſaria, ſi præcipua adeſt, quod in Civitatibus ordinarie obſervari ſolet, in æſtimationis computum trahatur, ipſum Jus vero intaxatum relinquatur, quod æquitati eo magis erit conſentaneum, cum ex una parte annui proventus omnino ſint incerti, ex altera vero levis computatio cenſuum, qui a centum florenis ordinarie vix ſunt tres floreni, aliquam compenſationem mereatur.

Nono. Non minor eſt difficultas in æſtimandis ſubditorum operis. Quod operarum præſtatio in Patria regulariter ſit effectus Jurisdictionis mediæ ſeu baſſæ, Illuſtris L. B. de Schmid in Commentario ad Statut. Bav. late deducit (d) etiamſi aliquando

etiam a pacto, vel conventione dependeat: in ipsa vero præstatione hæc obtinet differentia, quod aliquando in natura exigi & præstari soleant, ubi subditi Mansum dominicum suis manibus arare, colere, fructus colligere, ligna avehere, & sic necessitates domesticas Dominorum sublevare teneantur. Si operæ tali modo præstantur in natura, separatam æstimationem vix recipient; quis enim in comparatione Bonorum Nobilium capitalia sua pro tam levi censu elocare velit, si specialia emolumenta inde sperare non possit? vel loco operarum exiguntur certæ pecuniæ moderatæ, v. g. ab integro Manso septem vel octo floreni, ubi necesse est, ut inter subditos & Dominum Hoffmarchialem conventio specialis interveniat, vel ad certum tempus, ut tempore elapso utrique parti liberum sit priorem conventionem prolongare, vel ad antiquam obligationem redire, vel in perpetuum, ubi nulli parti amplius licet pœnitere, sed extincta operarum servitute ad pecuniam conventam tenentur (e). Et in ultimo hoc casu non dubitamus, quin pecuniæ hæ stipulatæ in sortem principalem redigi & specialiter solvi debeant.

Decimo. A summa capitali tali modo ad proportionem annuorum reddituum formata solent deduci

duci expensæ annuatim certo occürrentes, adeo, ut sortem principalem minuant: deducuntur autem solum expensæ pecuniariæ, utpote quarum intuitu possessor Boni nobilis sorte ex capitali speranda carere debet, cum econtra famuli ad agriculturam necessarii necessarium victum non tam ex marsupio Domini, quam ex fructibus illorum industria procreatis percipere præsumantur: Exemplum talis æstimationis eo animo apponimus, ut Juris Candidatus faciliori labore data occasione allaborare possit.

Anschlag.

Der Freyherrlichen N. Hoffmark und frey eigen Adelichen Landsassen Guts N. in dem Löblichen Herzogthum N. entlegen/ wie solche aus denen Jahrs-Rechnungen/ und vorhandenen Saal-Büchern ausgezogen/ und verfasset worden. Den - &c.

Haupt-Gut.	Jährliche gewisse Erträgnüß.
Erstens	Bey der Hofmark N. befinden sich 3. ganze / nicht minder 8. halbe / und 11. Dritl-Höfe / welche auf ihren Gütern insgesammt Frey-

Haupt-Gut.	Jährliche Erträgnüß.
////	Freystifts-Gerechtigkeit hergebracht haben; nach anliegenden Protocollar-Extracten seynd diese Güter geschäzet worden auf 12000. fl. würft also das Handlehn von jedem hundert 5. fl. zum Anfall/ und 2. fl. 30. kr. zur gewöhnlichen Abfahrt in Summa auß. 900. fl.
Zweytens	Die obere/ und untere Wirthschafft/ Schmiedhaus/ obere Mühl/ wie auch 4. zu Bau-Söldē seynd Leibgeding/ und muß bey jeder Veränderung auf Seiten des Manns vom hundert 10. fl. verreichet werden/nach der Anlag beträgt die Schäzung 16000. fl. und also das Leib-Geld 1600. fl.

Dritens

Haupt-Gut.	Jährliche Erträgnüß.
Drittens.	20. gemeine Sölden/ so insgesammt Freystifts-Gerechtigkeit genüssen/ seynd bey denen Veränderungen angeschlagen worden auf 3000. fl. ist das Laudemium a 7. fl. 30. kr. vom Hundert/ 450. fl.
////	
Viertens.	Eine grosse Wiesen im Mooß ist ein walzendes Stück/ wird auf Leibgeding verliehen/ Schäzung 500. fl. Leib-Gelder 50. fl. summa der Erträgnüß thut 3000. fl. wann nun solcher Betrag in 30. Theil vertheilet wird/ so kann zu einer jährlich-gewissen Erträgnüß angesezet/ und mit 3. fl. zum Haupt-Gut erhöhet werden. 100. fl.
3333. fl. 20. kr.	
Fünftens.	Samentliche Unterthanen verreichen an jährlichen Stift-Geld 500. fl. Sechs-
16666. fl. 40. kr.	

Haupt-Gut.	Gewisse Erträgnüß.
Sechstens.	Das Zapfen- oder Tafern- Schmied- Baadhaus- Mühlwillen- oder sogenannt- tes Consens-Geld beträgt.
1000. fl.	30. fl.
Siebendens.	Wegen der Scharwerk ist im Jahr 1701. zwischen der gnädigen Herrschafft/ dann der Gemeind ein Vergleich dahin errichtet worden/ das die gnädige Herrschafft der Gemeind die Weidenschafft in Herrschafftlichē Waldungen zugestehen/ die Gemeind hingegen ein jährliches Scharwerk-Geld/ und zwar nach dem Hof-Fuß zu 11. fl. zu verreichen sich verbündlich gemacht/ als kommet der jährliche Betrag unter die gewisse Erträgnüß mit.
3333. fl. 20. kr.	100. fl.

Sum-

Haupt-Gut. Ungewisse Erträgnüß.

Summa der gewissen Erträgnüß
24333. fl. 20. kr. 640. fl.

Ungewisse Erträgnüß.

Erstens. Die Jährliche Gilt betragt
Waizen 13. Schäfl zu 6. fl.
78. fl.
Korn 36. Schäfl zu 5. fl.
180. fl.
Gersten 20. Schäfl zu 3. fl.
30. kr. 70. fl.
Haaber 24. Schäfl zu 3. fl.
72. fl.
10000. fl. Thut in Summa 400. fl.

Als eine ungewisse Erträgnüß mit 4. zum Haupt-Gut erhöcht.

Zweytens. Die Herrschafft ist befugt in dem Dorff N. den Zechend zu heben/ welche nach Zeugnüß der Zehent Rechnungen ertragen.

Haupt-Gut.	Ungewisse Erträgnüß.
	Anno 1751. 243. fl.
	1752. 210. fl.
	1753. 220. fl.
	Davon wird die Mittlere Erträgnüß angesezet mit
3000. fl.	220. fl.
Drittens.	Die Brief- und Siegel-Gelder haben abgeworffen
	Anno 1751. 400. fl.
	1752. 391. fl.
	1753. 406. fl.
	Der mittlere Anschlag
10000. fl.	400. fl.
Viertens.	Die Hoch- und Niedere-Jagdbarkeit betragt im Mittleren Anschlag
	Anno 1751. 112. fl.
	1752. 100. fl.
	1753. 86. fl.
2500. fl.	100. fl.
Fünftens.	Daß Fisch-Wasser ist dermahlen verstift/ und wird jähr-

Haupt-Gut.	Ungewisse Erträgnüß.
	jährlich daraus verreichet
500. fl.	20. fl.
Summa der Ungewissen Erträgnüß	
26000. fl.	1140. fl.

Der Hofbau.

Erstens	Der Hofbau bestehet in 120. Jauchert fruchtbaren Getrayd-Feldern / jedes Jauchert zu 40000. fl. Kreütz-Schue / deren jedes wohl 220. fl. werth ist / werden nur angeschlagen zu 150. fl. insgesammt aber zu
18000. fl.	
Zweytens.	100. Tagwerk Wiesmath / gleichfalls zu 40000. Kreutz Schue zu 100. fl.
10000. fl.	
Drittens.	50. Jauchert hartes Holz an Buchen und Aichen / wobey das Tächel gnädiger Herrschafft zustehet / jedes Jauchert per 100. fl.
5000. fl.	

Biers

Haupt-Gut.		Der Hof-Bau.
	Viertens.	150. Jauchert Feicht- oder Tannen Holz zu 50. fl.
7500. fl.		
	Fünftens.	Bey der Hofmark ist auch die sonderbare Befügnüß das braune Gersten-Bier unter denen Raiffen zu verkauffen / welches jährlich eine schöne Nutzung abwirft / hierorts aber nur mit dem verhandenen Gebäuden / Sommer-Keller / kupfernen Sud-Geschirrn / mit eisernen Reiffen beschlagenen Fässern / und anderen in geringen Anschlag gebracht wird / mit
12000. fl.		
		Summa deß ganzen Anschlags 102833. fl. 20. kr.

Ab-

Abgang.

Minderung deß Haupts-Guts. Ausgaben.

Erstens. Die befreyte Ritter-Steur/ so auf zweymahl beträgt. 100. fl.

3333. fl. 20. kr.

Zum Haupt-Gut mit 3. von hundert gerechnet.

Zweytens. Zu einem ewigen Jahrtag muß in das Pfarr Gottes-Haus jährlich verreichet werden 12. fl.

400. fl.

Drittens. An Geld-Besoldungen auf einen Verwalter/ Jäger/ und Amtmann werden jährlich erfordert / weilen des Bräumeister und Knechten Besoldungen in dem Sud-Wesen / derer Bau Leuten aber unter dem Acker-Bau begriffen seynd. 300. fl.

10000. fl.

Minderung des Guts. Ausgaben.

Viertens. Weilen oben bey dem Hof-Bau 120. Jauchert Aecker zu 150. fl. mit der ganzen Summa zu 18000. fl. seynd ausgesezet worden / hingegen von diesen Aeckeren die zehende Garben einem zeitlichen Pfarrer zu N. verreichet werden muß / als kommt der zehende Theil hierorts in Abgang mit

1800 fl. 1800. fl.

thut 15533. fl. 20. kr.

Daß also über deren Abzug zum wahren Wehrt der Hofmark N. anzusezen kommet 87300. fl.

Ein- und Zugabe.

Als eine Ein- und Zugab kommet

Erstens. Das Herrschafftl. Schloß / welches angenehm gelegen / be-

Ein- und Zugabe.

bequem gebauet / und mit einer Richter / und Jäger Wohnung / Stadl / und Stallungen versehen ist.

Zweytens. Ist auch um das Schloß ein Wasser-Graben / welcher mit Fischen kann besezet werden.

Drittens. Ein schöner Wurz- und Baum-Garten; wenigst 1½ Tagwerk groß.

Viertens. Machet auch das Jus Patronatus auf die Pfarr N. dieses Gut ansehnlich.

Fünftens. Ist ein ganz neuer Ziegl-Stadl erbauet worden / so gleichfalls nicht in Anschlag gebracht worden.

Sechstens. Werden all vorhandene Wägen / Pflüg / und alle Baumanns-Fahrnüß / dann

Ein- und Zugabe.

6. Bau-Pferd 10. Khüe 44. Schaaf / 4. Schwein als ein Eingab ausgefolgt/ das vorräthige Getraid/ Malz/ dann die Meubles in dem Wohn-Schloß/ müssen entweders sonderbar bezahlet/ oder aber verabfolget werden.

(a) Cod. Jud. Bavar. C. 1. §. 13. Celeberrimus Author Herman. Ant. de Chlingensperg in Tract. de Jure Hoffmarch. C. 4. n. 7. apponit: „ quod in rixis, & „ causis gravioribus præsertim circa Viatores, Aurigas „ & similes, sæpius oriri solitas facile concedimus, „ quin & ita in Regimine Straubingano contra Illu„ strem aliquem N. judicatum esse scimus; - - - in „ delictis tamen levibus, & inter subditos Domini „ Hoffmarchialis, Dominos Hoffmarchiales Jurisdi„ ctionem exercuisse meminimus: sed nos spectato tenore Clementissimi Decreti de 3. Jan. 1752. de affectata hac limitatione majorum & minorum rixarum vel causarum valde dubitamus.

(b) In der erklärten Lands-Freyheit P. 2. Art. 4.

(c) Notæ ad Cod. Max. Bavar. P. 2. C. 8. p. 755.

(d) Tit. 22. Art. 1.

(e) Illust. L. B. de Schmid, ad Statut. Bavar. T. 22. Art. 8.

OB-

OBSERVATIO VI.

De ſtudio practico in Academiis.

TYrannidem hactenus exercuit Praxis forenſis in Juris Studioſos Academiis & Scholis valedicentes, nec adeo immerito, ſæpiſſime enim ipſi contigiſſe meminimus, tales Candidatos Juirs non raro gradu Licentiæ, vel Doctoratus inſignitos, in confectione ſimplicis Citationis vel Mandati ad aparitorem mirum in modum hæſitaſſe; ad non leve ſæpius ludibrium Virorum practicorum: an vero tales Palladis Alumni, ſi conſcientiam ſuam tenere inquirere vellent, non potius propriam, quam alienam ſocordiam arguere neceſſe habeant, noſtrum non eſt diſquirere. Sereniſſimus Princeps Dominus noſter longe Clementiſſimus, ſicut Themidem Patriæ, a Glorioſiſſimi ſui regiminis primordio, præcipue ordi habuit, Clementiſſime decrevit, ut in poſterum a Facultate Juridica præter Scientias Juris ordinarias, Collegia practica ad Jus Patrium, & Uſum forenſem prælegantur; quæ ſparta, cum nobis gratioſiſſime ſit demandata, de Praxi Studioſis Juris tam formidanda pauca aliqua lubet diſſerere. Candidatum Juris, qui cum fructu ſcholas deſerere, & cum honore in foro comparere cupit, in *Theoria*

bene fundatum, & in *Praxi* rite verſatum eſſe oportet: *Theoriam* vocamus neceſſariam ſcientiam in interpretandis & applicandis legibus: *Praxin* vero, habitum actus forenſes exacte & debite conficiendi: prior ſeu Theoria nobis demonſtrat Juris in foris Germaniæ genuinum uſum; occurrit hic Jus Canonicum, Romani Imperii Publicum, Patrium. Romanum jam a temporibus **Friderici III.** Imper. in Germania adoptatum; Feudale, Criminale; quorum ſingulares Conſtitutiones adeo teneat Jurisperitus neceſſe eſt, ut Legum non raro dubiarum verum ſenſum ex genuinis Hiſtoriæ & naturalis æquitatis principiis interpretari, diſcrepantes in concordiam reducere, actionibus ſubditorum applicare, & ad caſus ſimiles juſto moderamine extendere queat: Herculeum hunc ſæpius eſſe laborem nemo in foris Germaniæ verſatus facile negabit. Praxis juxta nos verſatur circa formam Judiciorum externam: bonus igitur Practicus libros judiciales, quos Protocolla vocamus, prompte conficere, Inſtrumenta publica ad negotiorum diverſitatem rite formare, Libellos ſuorum clientum, Litteras informatorias ad Principem, & ejus Dicaſteria, diverſa rationum genera, regulas œconomicas adumbrare, & delineare curabit: in arte practica eo felicior, quo ampliorem in negotiis publicis ſibi notitiam comparaverit:

raverit: nemo ex Studii Juridici Alumnis ſibi perſuadeat, ſe Studium Praxeos aliter, quam cum vitæ curriculo finiturum; *Juris Alumni*, qui in Academiis & Univerſitatibus verſantur, in duplicem claſſem redigere poſſumus: vel enim ſunt Nativitate, & Proſapia lilluſtres, vel ſingularibus fortunæ & animi dotibus prædiți, & hi vero ſimiliter ſperare poſſunt, ſe aliquando ad ſecretiora Principis Conſilia & majora Status politici negotia fore promovendos: vel ſunt depreſſioris Status & Conditionis, quibus invida fortuna eminentiorem in orbe politico gradum ambire prohibet: & hi ſuo tempore cauſas minores forenſes dijudicare, vel clientes in Judicio defendere neceſſe habebunt.

Utriusque claſſis Aalumni ut in Academiis ſcientiæ practicæ ſolidiora ponant fundamenta; ideo præſertim ſummopere ſuadendum eſt, cum incertum omnino ſit, an felicem illis manuductionem Sors in Foris reſervaverit?

Viri, tam theoretica quam practica Juris ſcientia prædiți, adeo communiter Negotiis & quotidianis laboribus ſunt obruti, ut vix ſibi, minus autem practico Juris Studioſo ſufficiant: cum econtra ab aliis, qui Theoriam Juris non rite poſſident, præ-

ter formularem aliquam fori notitiam vix aliquid proficient: majorem indubie Juris Alumnus ſentiet utilitatem, ſi tempore ſtudiorum Collegiis practicis indefeſſam navat operam, ubi præter Theoriam Fori conſuetudo, difficultates practicis occurrentes, & eſſentialia Inſtrumentorum requiſita tam clare explicantur, ut Juris Practicus, ſi mediocrem adhibere velit aſſiduitatem in Praxi forenſi, nulla ratione poſſit eſſe peregrinus. Accedit Studioſos Juris, experientia teſte, curſu Academico finito, non amplius ad diſcendum eſſe multum cupidos, neque etiam Viros practicos ad erudiendum eſſe ſatis benignos: cum econtra in Academiis tales plerumque offendent Viros, qui in elaborandis momentoſis cauſis forenſibus, diu noctuque ſudant, & acquiſitam diuturno labore Juris notitiam ſuis Auditoribus ſumma animi voluptate communicant.

Cum Praxis juxta noſtram delineationem præcipue verſetur circa externam Regiminis & Judiciorum formam, Juris Studioſum practicum in conficiendis Inſtrumentis publicis verſatum eſſe oportet: in ſupremis Patriæ Dicaſteriis formare Inſtrumenta publica, Protocolla, Decreta, Mandata, pertinet ad Cancellarium eique ſubordinatam Cancellariam, Sententiæ vero, & litteræ informato-

riæ

riæ ad Serenissimum ejusque Consilium Intimum potissimum conficiuntur a Consiliario in causa proponente: forma, qua utuntur Secretarii in conficiendis Instrumentis, vocatur Stylus Curiæ, vel Cancellariæ. In Judiciis inferioribus vero nominamus concipere & conceptus: sicut Judiciis nostris inferioribus plerumque duo Officiales, quorum primus vices Judicis, secundus autem Actuarii sustinet, sint præpositi, ad priorem pertinebit tueri Jura Principis, Ecclesiarum, causas controversas inter litigantes definire, Dominia, Possessiones, & Servitutes fundorum, ædificiorum determinare, Actiones, Contractus, Connubia, Tutelas subditorum juste moderari, usum publicum Viarum, Fluminum, Sylvarum determinare, demum securitati publicæ invigilare, & in facinorosos Legum transgressores justo zelo animadvertere; concipiet adeoque Sententias, & Interlocuta in controversis una cum rationibus decidendi, quæ in conceptu statim a tergo Sententiæ apponi, & cum Actis & Litteris remissivis ad Dicasteria transmitti debent; cujus intuitu etiam hodie pecunias a partibus pro confectione litterarum (des Appellations Berichts) exigi solitas indubie sibi appropriare poterit, etiamsi litteræ remissivæ (das kurze Remiss) ab Actuario fuerint confectæ: curet Commercium litterarium cum externis Officialibus; Instrumentis sigillando, &

sub-

ſubſcribendo pro ſpartulis ſolitis fidem publicam conferat, (a) in Criminalibus demum Interrogatoria & Litteras informatorias ad Dicaſteria elaborabit: notet hic Juris Studioſus practicus, Jurisdictionem regulariter demandatam eſſe Officiali ſuperiori (dem Ober Beamten) adeo, ut neque delegare, neque Subofficialis (der Unter- oder Neben-Beamte/) Actus Jurisdict. in ejus abſentia valide exercere poſſit, quod ex Jure Bavarico noviſſimo clare percipimus, (b) *niſi* tamen a Dicaſteriis Electoralibus Subofficialis, vel ad cauſam ſpecialem, vel ad totum Judicis Officium ſit delegatus, quod aliquando ob frequentiam negotiorum fieri ſolet. Ad Subofficialem autem pertinebit regiſtrare Acta, formare Protocolla, & Libros judiciales, conficere rationes omnis generis, curare mundam deſcriptionem Inſtrumentorum & Relationum ad Dicaſteria: hoc inter alia obſervavimus in Praxi, quod in Dicaſteriis Secretarii, & in Judiciis inferioribus Subofficiales (die Neben- und Gegen-Schreiber) ipſi conficiant Acta judicialia, cum econtra Scribis Cancellariæ, & illis, qui adhibentur in Judiciis inferioribus, conceptus, & Protocolla a Partium Patronis in calamum dictari ſoleant; Studioſus Juris practicus ſingulariter eo ſe impendat, ut promptum habitum in conficiendis Litteris, & Inſtrumentis publicis, & viſilem ſe exprimendi methodum acquirat. Utrumque

que acquiritur legendo: patentem hic habent Campum primæ Claſſis Studioſi practici, utpote quibus neceſſarium eſt, gravem & elegantem ſcribendi methodum acquirere, limam & ſanguinem æquali portione adhibeant neceſſe eſt; inſervient autem illorum uſui Prælectiones in lingua vernacula Mandato Sereniſſimi in Academia noſtra noviter inſtitutæ, ſingularem illis ſe exprimendi felicitatem adferet Ars Diplomatica, cujus prima fundamenta ad illorum petitionem exponere paratos nos invenient: minime dubitamus Studioſum Juris his imbutum artis ſcribendi incunabulis ſuo tempore in utiliſſimum Reipublicæ membrum fore evaſurum. Tanti quidem laboris non erit Praxis illorum, quos in ſecunda Claſſe collocavimus, utpote quibus perlegere Acta judicialia, Protocolla, Inſtrumenta, ſufficere poſſet, cum autem etiam in his lateant difficultates pro ſua in nos benevolentia generales aliquas obſervationes, quas longa obſervantia fecimus, haud aſpernabuntur.

Stylus in Actis publicis ſit *brevis*, *clarus* & *elegans*.

Ad brevitatem in ſpecie attendat Juris Practicus; non una vice obſervavimus in Praxi Patronos cauſarum frequenter peccare contra hoc monitum, ad non leve ſæpe incommodum ſuorum Clientum; Patronus cauſæ, ut bene & cum omnibus circumſtan-

tiis exponat factum, neceſſe eſt, curia jam intelligit Jura; de cætero judicioſam Juris & Authorum allegationem non improbamus, dummodo non ſtatim in limite appareat, citationes has tantum *dicis* gratia fuiſſe appoſitas: Allegoriæ, Metaphoræ, Similitudines omnino ſunt intolerabiles, & ab his ſemper abſtineat Juris Practicus. Adhuc majorem brevitatem depoſcunt Sententiæ & Inſtrumenta publica, certe, ſi antiquiora Patriæ noſtræ Inſtrumenta judicialia legimus, ſatis mirari non poſſumus, quam miſere gravis et virilis Majorum noſtrorum Stylus verborum luſu fuerit depravatus. Legimus aliquando in Inſtrumento aliquo (**wir übergeben / überantworten**/ extradiren / und cediren hiemit ꝛc. ſolcher geſtalten / wie es immer am beſten und förmlichſten ſeyn kann/ mag/ oder ſoll/ oder von Ubergabs/ Kauffs/ oder Ceſſions wegen in Rechten erforderlich iſt) quæſumus! ad quid Perditio hæc verborum? quantum poſſibile eſt, reſtituat Majorum noſtrorum ſcribendi Methodum Juris Practicus, quod eo magis efficiet, quo majorem brevitatis ſtudio adhibebit operam:

r *Claritatem* ponimus in felicitate exprimendi, ut legentes facili labore ſenſa ſcribentis penetrare & intelligere queant: acquiritur ſelectu & fluida conjunctione verborum in diſcurſus: circa ſelectum verborum ſequentia ſibi notet Juris Practicus: non utatur ver-

verbis nimium obſoletis in exemplo: Bodien/ Dönddingen/ vergatteren/ neque excogitet ſibi nova verba, vel talia adhibeat, quæ in Germania Civitate non ſunt donata; talia fortaſſis ſunt, Oberſtrichterlich; Curmildeſt einſchlüßlich. Circa verba peregrina, Latina, Gallica, & Itala ſuademus: quantum fieri poterit, parcus ſit Juris Practicus in adhibendis verbis peregrinis; & quidem Scripta publica & Commercium Litterarium quod attinet, verbis alienis vel omnino ſint vacua, vel ſi evitari non poſſunt, ſaltem Jure civitatis fruantur, & Litteris teutonicis exprimantur: in Scriptis, & Inſtrumentis judicialibus econtra poterunt retineri verba ex Jure Romano in Tribunalia noſtra recepta: Citation, Mandatum, Sentenz, Teſtament, Action, Tortur & ſimilia. Non minus verba Dignitatum, & Officiorum, quæ in Patria noſtra a peregrinis gentibus adoptavimus, talia ſunt: Cardinal: General; Miniſter, Brigadier, Cornet., Fourier, & plura alia. Solerter autem, & ſingulari ſtudio evitet Juris Practicus Androgynos illos, qui ab aliquo tempore linguam noſtram, infelici ſatis fato, devaſtarunt, condoliren/ gratuliren/ percipiren/ aviſiren; & quis monſtroſa hæc capita numerare poterit? tanto non premitur penuria lingua noſtra vernacula, ut peregrinos hos floſculos, puras aures mirum offendentes, adoptare neceſſe habeamus.

Ad *Elegantiam* porro requirimus fluidam, & judicioſam verborum conjunctionem, aliter certe aſſequi Elegantia in Stylo vix poterit, niſi aſſidue legendo; ſingulariter autem in omnibus Scriptis publicis abſtineat ab injuriis, gravem Virum injuriæ palam prolatæ ſemper dedecent, ſive ſit provocans, ſive provocatus; deinde ſolerter caveat, ne in ſcriptis ſuis difficultatem partus prodat, quod eo felicius efficiet, quo magis ab oratoria declamatione ad communem converſandi methodum deflectat. Singulariter commendamus hac in re Tractatum **Johann Heinrich Gottlieb von Juſti** // quem Juris Practicus non ſine voluptate perleget (c).

Ortographiam ut ſtudioſe colat Juris Practicus non una ex ratione ſuademus: nihil Viro in publicis Officiis verſanti magis eſt indignum, quam proprie ſuæ Patriæ ignorare linguam: oſtendit autem Ortographia modum ex litteris ad regulas componendi verba, & ſenſum orationis per ſigna, quas interpunctiones vocamus, exprimendi. Quid plures Viri Sæculi noſtri vera Decora in cultura Linguæ Germanicæ præſtiterint, latere Studioſos Juris minime poteſt; Joann. Chriſtoph. **Gottſched** prima vere genuinæ Ortographiæ in Germania noſtra poſuit fundamenta (d) quam ſpartam alii tam felici

omine excoluerunt, ut restitutionem Idiomatis linguæ Germanicæ nostro ævo reservatam fuisse auspicemur. Quantum possumus, hortamur Juris Studiosos, ut in Academiis, & quidem primis Cursus Juridici temporibus se huic studio impendant; ad Mandatum Clementissimum in Universitate nostra Patria, etiam ad linguam vernaculam publicæ instituuntur Exercitationes a Viro, qui Scientia hac ad Genium suæ Patriæ a præstantissimis Viris fuit imbutus: nullo modo suas Prælectiones negligant Studiosi Practici; vix enim in Praxi forensi occasionem addiscendi genuinam Ortographiam sperare poterunt, sed misere toto vitæ tempore palpitabunt.

Elegantes Litterarum formas pingere etiam pertinet ad Studiosum Practicum; celeres, & artificiosi articuli in scribendo acquiruntur solo exercitio. Ars hæc non omnibus est necessaria, sed semper elegans; conqueruntur quotidie Studiosi, quod absoluto cursu juridico nihil lucrari, vel aliquem rei familiaris fructum facere possint; quanta hac in re invidia inter Practicos & Academicos! justam conquerendi ansam nostro judicio minime habent Studiosi Juris: vel enim absoluto Juris Studio statim prætendunt Reipublicæ habenas moderari, & ad pingues negotiorum proventus promoveri? & in-

tempeſtivæ ſuæ petitionis haud injuſtam reportabunt repulſam: vel ſunt tales, quibus res domi nimis ſunt anguſtæ, ut victum, & veſtitum laboroſius quærere neceſſe habeant; perpendant hi, quantam induſtriam a crepuſculo ad feras uſque veſperas adhibeant Practici forenſes in formandis Litteris, legendis Actis, Protocollis, Rationibus &c. cum econtra Studioſi in Academiis frequenter vix unam vel aliam horam ad Studium Juris impendant. Noſtrum non ſpernat monitum talis Juris Studioſus, & durante Studio Juris quotidie una, vel altera hora Arithmeticam & Scripturam exerceat, & ſecurus ſit, quod abſoluto Curſu Juridico non una ſe ſuſtentandi occaſione ſit beandus, illius nunquam non immemor, quod Dii nil, niſi laboribus vendant.

(a) Tax Ordnung de Anno 1735. fol. 101.
(b) Cod. jud. Cap. 1. §. 18. Cod. Max. Civil. P. 3. C. 4. §. 2. n. 11.
(c) Anweiſung zu einer guten Teutſchen Schreib, Art.
(d) Grundlegung einer Teutſchen Sprach-Kunſt, nach dem Muſter der beſten Schrift, Steller des vorig- und jetzigen Jahrhunderts.

THESES
EX DIVERSO JURE.

I.

NOn potest introduci consuetudo, multo minus actualiter introducta est, vi cujus Clericus posset disponere, de bonis ab Ecclesia acquisitis, ad usus profanos.

II.

Dominus territorialis sæcularis non potest adimere suis subditis libertatem testandi & donandi ad causas pias.

III.

Praxin & consuetudinem Germaniæ annuatim recipiendi 5. pro cent irrationabilem declarare non possumus

IV.

Clericus ne quidem cum juramento privilegio fori renunciare potest.

V.

In Causa tamen reconventionis probabilius defendimus, Clericum coram Judice sæculari respondere teneri.

VI.

Status R. I. non sunt subjecti Imperatori qua tali, sed Imperatori & Imperio.

VII.

Status Imperii non possunt prohibere suis subditis emigrationem Religionis causa, possunt tamen illos transplantare, si intra limites Romani Imperii Provinciam possident, in qua liberum Religionis affectatæ est exercitium.

VIII.

Post Capitulationes Imperatorias Romanum Imperium nobis

nobis non amplius videtur pure Monarchicum, ſed potius Ariſtocratico - Monarchicum.

IX.

Legislator Princeps Legibus a ſuis Anteceſſoribus, aut a ſe latis, per ſe neque vi coactiva, neque vi directiva, ſed non niſi ex aliqua decentia, honeſtate & propria voluntate tenetur.

X.

Imperialis dignitatis nullus, niſi Germanus natione capax eſt.

XI.

Jus Haſtæ in Bavaria neque Vogtaiæ, neque Privilegii nobilitatis eſt effectus, ſed requiritur Privilegium ſpeciale.

XII.

Herrn-Gunſt, veranleithe Frey Stiffts-Gerechtigkeit non eſt ſimplex Locatio Conductio, nec Contractus cenſiticus, ſed vera Emphyteuſis.

XIII.

Leges Patriæ, reſtringentes Pruritum liberorum ad impar Connubium contra voluntatem parentum ſunt juſtiſſimæ, nec minime lædunt libertatem Matrimonii.

XIV.

Cur autem filiæ gravius puniantur, quam filii præter antiquiſſimam Patriæ obſervantiam, rationem dare non poſſumus.

XV.

Per mutationem Perſonæ Creditoris non tolli anatociſmi vitium, adeoque Ceſſionarium pro uſuris ſibi ceſſis alias uſuras nullo Jure petere poſſe defendimus.

XVI.

Uſusfructus Patri per filium acquiſitus ſublata patria Poteſtate per dignitatem, vel alio emancipationis modo de Jure communi non amittitur.

XVII.

XVII.

Si Hæres in primo gradu inſtitutus, qui Jus adeundi ad proprios hæredes transmittit, ante additionem moriatur, utrum locus fiat ſubſtituto? an vero inſtituti hæres præferatur? dubiæ diſquiſitionis thema eſt, nos per vulgarem ſubſtitutionem non impediri transmiſſionem arbitramur.

XVIII.

Annuam penſionem in locatione & conductione prædii ruſtici, ob damnum quod Conductor in fructibus ſine ſua culpa perpeſſus eſt, etiam de jure remitti debere defendimus.

XIX.

Nec non inſiſtendo æquitati naturali annuum Canonem in Emphyteuſi.

XX.

Prudenter agunt Judices, qui torturam inquiſito adjudicatam non uno ſemper actu, ſed pro circumſtantiis corporis & animi poſt unius noctis vel diei intervallum percipiunt, quod tamen de Jure Bavarico non videtur eſſe in arbitrio Judicis inferioris.

XXI.

Fures in diviſione rei furtivæ tot faciunt portiones, quot ſunt capita, etiam numerando fæminas inupta quælibet recipit ſuam portionem, nuptarum autem retinent Mariti, nos nuptas & innuptas condemnamus ad pænam ordinariam.

XXII.

Sempronius cum tribus filiis ex inſidiis ſua ſclopeta explodunt in Titium, & pluribus in locis plumbi fruſtillis trajectum occidunt: ex filiis natu minimus in reditu ſuis fratribus cum dolore oſtendit, quod ſclopetum ſuum contra exſpectationem, exploſionem recuſaverit, a pæna ordinaria illum immunem pronunciamus.

XXIII.

XXIII.

In delicto Robariæ duo vel tres complices in sua confessione constantes, unanimes, & mortis supplicium Christiane perpessi, sufficientes possunt esse testes, ut alius complex pessimæ indolis & in negando etiam tortura adhibita pertinacissimus, pro convicto haberi, condemnari & puniri possit.

XXIV.

An Pater feudum novum cum consensu Domini ad præjudicium suorum liberorum inter vivos alienare possit, non una adest dubitandi ratio, nobis affirmativa præplacet.

XXV.

Etiamsi Agnatus proximior alienationem Feudi per 30. annos neglexerit, possessor tamen post ejus obitum exceptione præscriptionis contra Agnatos revocantes minime tutus est.

XXVI.

Emptori, qui sibi evictionem non stipulatus est, si res tanquam feudalis ab Agnato evincitur, actionem de evictione denegari posse, tanquam probabilius defendimus.

XXVII.

Fœmina in feudo semel à masculo excluſa, perpetuo excluſa manet.

XXVIII.

Crimen Feloniæ à vasallo comissum, ob quod feudum amisit, non nocet proximo agnato.

XXIX.

Judici in judicando sequi sententiam in Jure minus probabilem, & minus fundatam non licet: sequatur nobis non invitis Advocatus.

XXX.

Exceptio Senatus Consulti Macedoniani etiam in foro interno seu conscientiæ procedit.

O. A. M. D. G.

Errata.

Pag. 3. l. 19. rapidiſſime l. rapidiſſimæ.
P. 33. l. 22. kauffen l. tauffen
ead. linea wär l. wir.
P. 42. l. 24. uſufructuarii l. uſufructuarie.
P. 49. l. t. del. verba unter ſeinen anhangenden Inſiegl den Verordneten von der Landſchafft.
P. 56. wofern ſie ſich l. ſo fern ſie nicht.
P. 58. l. 4. poſt Verb. Privilegii adde concernentibus.
P. 74. l. 21. conſultum l. conſuetum.
P. 77. l. 5. zythopetæ l. zythopeptæ.
P. 80. l. 8. Handlehn l. Handlohn.
P. 91. l. 15. ordi l. cordi.
P. 95. l. 18. in controverſis l. in cauſis controverſis.
P. 96. l. 1. ſpartulis l. ſportulis.

O. A. M. D. G.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Prugger, Johann Joseph Bartholomäus, / Eberl, Johann Michael Sebastian. / Schleig, Maria Anna,

Observationes Practicae Ad Ius & Consuetudines Bavariæ, De Privilegiis Statuum Provincialium, Der Drey gefreyten Land-Ständen Ad Usum Auditorii Academici, & Praxin Patriæ Accomodatæ. Cum Consensu, & Authoritate Inclyti Collegii Juridici, In Electorali, & Catholica Universitate Anglipolitana,

[Ingolstadt] [1762]

4 Diss. 963#Beibd.6
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10670348-1
VD18 1487718